UNIVERSITY
OF
TORONTO
LIBRARY

LL
C5684epa
.YL

DE
CICERONIS AD ATTICUM
EPISTULIS

RECENSENDIS ET EMENDANDIS.

SCRIPSIT

C. A. LEHMANN.

57673
15/9/02

BEROLINI
APUD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXXII.

PRAEFATIO.

De epistulis ad Atticum recensendis et ad pristinam elegantiam revocandis quam difficile esset disputare numquam nos fugit. Et tamen cum nulla de codicibus opinione temere imbuti inductiva methodo quam vocant uteremur lectionesque quam plurimas collegissemus et conferendo similes, dignoscendo dissimiles magnam earum copiam per genera quaedam dispertissemus, non nos quidem ad ipsam veritatem pervenire, sed viam aliquam atque rationem monstrare posse videbamur, qua homines nobis doctiores atque prudentiores institutam rem ad exitum perducere possent; cumque tantum constituendum esse iudicaremus, quantum arte constitui posset, diligenter internoscebamus, his temporibus quid verum, quid veri simile esset, denique quid suspicari liceret.

Quod autem spem non abieceramus, fore ut codices ex C aut Z prognati in Gallia aut in Britannia reperirentur, codicum nos collationes nondum in unum corpus congessimus atque ex sex septemve libris unam quamque lectionem excerpsimus: itaque si quo loco errasse nos apparuerit, et eos nobis veniam daturos speramus qui in simili opere elaborarint, et eos qui considerarint, quot lectiones excerptae sint quantumque laborem res habuerit. Illos vero locos et lectiones ei in suis libris facillime invenient, qui adnotatione critica a Baitero adiecta utentur.

Ne opus extendamus, et meras lectiones adferre solemus, quod homines talium rerum periti atque curiosi non diffi-

cilius nobis iudicabunt, quanti quaeque lectio aestimanda sit multitudoque lectionum quid valeat, et breviter contra non nullos viros doctos, Baiterum, Wesenbergium, Madvigium, alios disputamus; cum vero orationis brevitas faciat, ut is qui disputet intemperantia quadam iudicii uti videatur, hoc dicimus nos cum reliquorum virorum studia in his epistulis posita magni facere tum Madvigii: qui ut philologus fuit dum vixit, ita dum erunt philologi philologorum memoria atque pietate vivet.

Dabam Fridenaviae, in suburbano Berolinensi,
m. Septembri MDCCCLXXXXII.

NOTAE EXPLICANTUR.

Codicum stemma p. 122 et p. 133 et p. 179 describitur.

A^1 = ed. Ascensiana prima, quae prodiit Parisiis a. 1511 (p. 7).
A^2 = ed. Ascensiana altera, quae prodiit Parisiis a. 1521—22 (p. 7).
$A^{12}c$ = consensio editionis Cratandrinae (c) cum A^1 et A^2 (p. 7 et p. 54).
A^1C = consensio earum lectionum, quae sunt in margine editionis Cratandrinae (C), cum A^1 (p. 60).
} p. 85.

Ant. = codex Antonianus, quo Malaspina usus est (p. 13 et p. 14).

Bosius in addendis = v. c. Bosii^2 = lectiones Bosii, quas Graevius in addendis edidit (p. 112).

C = lectiones, quas Cratander in margine posuit (p. 59).
c = lectiones, quas Cratander in textu novavit (p. 63).
} p. 85.

Card. = codex Nicolai Rodulfi Cardinalis, quo Malaspina usus est (p. 13).

Crat. = editio Cratandri, quae Basileae a. 1528 prodiit (p. 7 et p. 52).

Δ = consensio codicum M et s (p. 45 et p. 134 et p. 155).

E = codex Ambrosianus E 14 inf. (p. 20).

F = codex Faerni, quo Malaspina usus est (p. 13).

H = codex Landianus, qui est in bibliotheca Placentina, n. 8 (p. 30).

herv. = lectiones editionis Hervagianae, quae prodiit Basileae a. 1534 (p. 7 et p. 87 et p. 102).

CAPUT I.

VIRI DOCTI QUAE STUDIA POSUERINT IN CICERONIS AD ATTICUM EPISTULIS RECENSENDIS INDE AB ANNO 1845.

Etsi C. Schirmer in Philologo, I. H. Schmalzius in annalibus relationibus a Bursiano institutis, nos in annalibus relationibus societatis philologicae Berolinensis de iis studiis, quae ad Ciceronis ad Att. epistulas pertinent, referimus, tamen, quo magis appareat, quae res hic agatur, breviter de altera editione Orelliana iisque libellis atque commentationibus quae ad eandem rem spectant disputabimus.

Altera igitur editio Orelliana quae Turici anno 1845 prodiit his fundamentis nititur:

1) M = cod. Mediceo plut. XLIX. num. XVIII, de quo Bandinius in catalogi tom. II p. 474 haec prodidit:

M. T. Epistolae ad Attic. manu Franc. Petrarchae exaratae.

I. pag. 1. M. Tullii Ciceronis Epistolarum ad M. Brutum Liber singularis. Epist. 1. inc. *Cicero Bruto salutem. L. Clodius tribunus plebis designatus* etc. Epist. XVIII. et ultima des. *quaeque ad te pertinere arbitrer. VI. K. Sextiles.* Tum subiicitur: *Ad Brutum Epistolarum Liber I. explicit. Incipit ad Q. Fratrem.*

II. pag. 14. Eiusdem ad Quintum Fratrem Epistolarum Libri III. Prima inc. *Marcus Q. Fratri*

salutem. Etsi non dubitabam etc. Tertius des. *mi suavissime et optime frater.*

III. pag. 47. Eiusdem Epistola ad Octavianum. Inc. *Si per tuas legiones* etc. Des. *simul fugere decrevi.* Haec tamen Epistola non est Ciceronis, sed declamatoris alicuius.

IV. pag. 49. Eiusdem Epistolarum ad Atticum Libri XVI. Heic tamen Liber XVI desinit in verbis: *quae de Caesaris actis interposita sunt non serventur magnam* . . . quae pertinent ad Epistolam inscriptam *L. Planco Pr. Desig.*

Graeca verba suis locis sunt exarata charactere quadrato, eademque ad oram libri repetita occurrunt charactere minori, et cum interpretatione Latina, et quidem ab eadem manu, quam item in Codice VII. animadvertimus, quaeque est Colucii Pierii de Stignano, ut se in calce ultimae paginae subscribit; post cuius subscriptionem subiungitur: *Donatus Acciaiolus emit a Donato Arretino Leonardi filio.* Eiusdem certe manus, qua Coluccii subscriptio facta est, videntur esse pleraque marginibus totius voluminis ad indicis memorabilium rerum modum commissa, ut item lectionum varietates, quae frequenter occurrunt . . . . .

2) iis lectionibus, quas editio Cratandrina (Basileae 1528) habet quaeque postea C, ut in libris qui sunt de finibus bonorum et malorum a Madvigio editis, appellatae sunt.

3) Z = iis lectionibus, quas ex cod. Turnesiano Lambinus in ed. priore (Lutetiae 1565 et 1566) et in posterioribus (Lutetiae 1572-73, Genevae 1577, Argentorati 1581, Genevae 1584) ab aliis curatis et Bosius in sua editione (Ratiasti Lemovicum 1580) attulerunt.

4) X = cod. Crusellino, cuius lectionibus idem Bosius se usum esse scripsit.

5) Y = cod. decurtato vel Scidis eiusdem Bosii.

6) iis codicibus, ex quibus Malaspina lectiones in eo libello, qui Venetiis anno 1563 prodiit, adfert; ex quibus codicibus maxime Mal. usus est cod. Antoniano (Ant.) et codice Faerni (F).

7) I = editione Iensoniana (Venetiis 1470) principe.

8) R = editione Romana (Romae 1470) item principe.

Anno 1846 L. Spengelius (in Gel. Anz. der k. bayr. Akad.) lectiones edidit fragmentorum Wurceburgensium (W)*), quibus C. Halmius in mus. Rhen. n. s. XVIII lectiones ex eiusdem codicis fragmentis adiecit: quae lectiones tam similes iis, quae C appellantur, visae sunt, ut Halmius probari posse putaret, lectiones C ex eodem codice haustas esse, cuius nunc ista fragmenta supersunt.

In prooemio lectionum aestivarum Berol. 1855 M. Hauptius (Opp. II p. 84), cum Th. Mommsenus Lutetiae codicem regium 8538a excussisset, 'quo codice continentur Simeonis Bosii animadversiones in libros septem posteriores epistularum ad Atticum, non quas postea edidit, sed quales primum conscripserat', cod. Crusellinum et decurtatum vel Scidas, quibus se usum esse Bosius scripserat, numquam fuisse atque hominem mendacissimum, quo coniecturae aut suae aut aliorum firmiores esse viderentur, istos ipsos codices finxisse demonstravit; itaque recte Hauptius monuit eas lectiones, quas Bosius ex X et Y adfert, nihili esse, iis lectionibus, quas in Z esse solus Bosius testis est, caute utendum esse; nam Detlefsenus in vol. III supplem. ad phil. annales ann. 1857—1860 p. 111 non recte Hauptii commentationem non satis firmis argumentis munitam esse exposuit; idem vero docte de Z iisque viris, qui se Z usos esse adfirmarent, disputavit.

Anno 1863 Berolini prodiit Fr. Hofmanni libellus, qui inscribitur 'Der kritische Apparat zu Ciceros Briefen an Atticus': quo libello Hofm. optime de Franc. Petrarcha disseruit, quem Ciceronis ad Atticum epistulas repperisse constat, statum

*) W est scriptus teste Spengelio exeunte XI. vel ineunte XII. saeculo.

atque indolem codicis M Mommseni collatione usus accurate descripsit, Bosii codicibus X et Y reiectis C et Z non pendere e M demonstravit; idem, cum Wesenbergius in Emendationibus Ciceronis epistularum (Hauniae 1840) M esse parentem eorum qui exstant codicum negasset atque cum aliis codicibus tum I Ant. F magnam atque etiam maiorem auctoritatem quam M tribuendam esse censuisset, eos locos quos Wesenb. attulerat non satis idoneos ad tantam rem diiudicandam existimavit; de Hofmanni libro disputavit Detlefsenus in ann. a Iahnio institutis anno 1863.

Hofmanni iudicium Baiterus secutus est in editione Lipsiensi a. 1867 atque ita secutus est, ut C, Z, M ad textum constituendum adhiberet, Ant. et F raro commemoraret, I plane neglegeret atque ne iis quidem locis adferret, quibus I cum Z consentit.

Wesenbergius in editione, quae anno 1872 Lipsiis prodiit, ita rem egit ut I Ant. F multis locis codici Mediceo praeferret atque ipsum Medicei textum prima manu scriptum plurimis codicibus, ex quibus lectiones notae erant, postponeret; quas rationes cum idem in Emendationibus alteris (Lipsiae 1873) secutus esset, tamen quod neque latius atque distinctius de tota re disputavit et in editione iis tantum locis, quibus a Baiteriana discrepat, adnotationes adiecit, rem difficillimam paucis probavit.

Tanti ut M aestimaretur, I Ant. F neglegerentur, factum est quod M ab ipso Petrarcha, quem Veronae illas epistulas repperisse constat, scriptus esse videbatur; etenim si Petrarcha ipse codicem M exaraverat, necesse quidem non erat, sed erat veri simile M parentem esse omnium codicum praeter C et Z, quos in Gallia aut in Germania repertos esse constat. Cum vero Mommsenus primus apud Hofmannum p. 10 adseverasset, non totum codicem M a Petrarcha scriptum esse, A. Viertelius et G. Voigtius in praeclarissimis libellis, ex quibus alter a Viertelio 'Die Wiederauffindung von Ciceros Briefen durch Petrarca', alter a Voigtio 'Ueber die handschriftliche Ueberlieferung von Ciceros Briefen' inscriptus est (prior Regiomonti

a. 1879, posterior Lipsiis in 'Verhandlungen der saechs. Gesellschaft der Wissenschaften 1879' editus est), eodem tempore demonstrarunt, neque ullam codicis M partem ab ipso Petrarcha exaratam et totum codicem anno fere 1390 Mediolani scriptum atque Coluccio Salutati a Pasquino de Capellis missum esse, quem Coluccius sibi ut Ciceronis ad Atticum epistulas describendas curaret rogaverat. Ipsum codicem Fr. Ruehlius in mus. Rhen. n. s. vol. XXXVI accurate descripsit *): mercennariorum scribarum undecim opera codicem esse confectum. Recte illos viros iudicasse apparet: talibus enim erroribus codex M scatet tantaque eorum qui scripserunt stultitia atque imperitia linguae Latinae fuit, ut Petrarcham aliquam partem scripsisse non sit credibile.

In 'Blaettern für das bayr. Gymnasialschulwesen' vol. XX p. 7 et p. 111 G. Schepssius lectiones duorum fragmentorum edidit, quae in vico, cui nomen est Muehlbach, qui vicus non longe ab oppido Wurceburgo abest, inventa sunt; quae fragmenta (X 11—15, XV 2, 4, XV 4, 1—2, XV 16a—16b, XV 18, 1—2 iis continentur) cum eidem codici tribuenda esse Schepssius demonstraverit, ex quo folia a Spengelio et Halmio edita supersunt, ista quoque fragmenta nos W appellabimus.

Fundamentis a Viertelio et Voigtio iactis vel potius destructis — neque enim tam fundamenta a viris doctissimis iacta quam vetera ista, quae tam parum munita erant ut nihil solidi ac firmi exstrui posset, disiecta sunt — tota res critica in Ciceronis ad Atticum epistulis commutata est; nam ut antea eius, qui I Ant. F sui iuris esse neque ex M pendere credebat, hoc munus fuit, ut quot quamque gravibus locis I Ant. F meliores essent isto codice Mediceo demonstraret, ita iam ei, qui M parentem esse alterius codicis credit, illud ipsum certis atque iustis argumentis probandum est; ut igitur antea tota quaestio hoc modo constituta erat: 'Petrarcha Ciceronis

*) Nunc cf. O. E. Schmidtii commentationem in 'Abhandlungen der philologisch-historischen Classe der Koenigl. Saechsischen Gesellschaft der Wissenschaften' vol. X a. 1887.

ad Atticum epistulas Veronae invenit; idem M aut totum aut aliquam partem sua manu exaravit; vide, quibus rationibus probes, reliquos codices non esse ortos ex M', ita iam eadem res his verbis comprehenditur: 'M ex quo codice descriptus sit ignoramus; illud quoque nescimus, ex quo archetypo reliqui qui exstant codices pendeant; vide quibus rationibus efficias, ut reliquos codices e M ortos esse demonstres'.

Cum vero ipse textus codicis M prima manu scriptus innumerabilibus erroribus refertus sit atque a compluribus hominibus lectiones additae sint, magna est quaestio, num istae recentes lectiones ita internosci possint, ut quis quamque lectionem addiderit et quanta cuique lectioni fides habenda sit appareat; quod cum ne Hofmanno quidem, viro prudentissimo eidemque cautissimo, ita cessisse intellegeremus, ut satis constitueret, utrum lectiones in M additae ex ingenio eius qui addiderat an ex aliquo codice profectae essent, omnino, pro re nata et pro statu codicis M, ex eius lectionibus m^2 additis ad rem criticam confirmandam quicquam certius confici posse diffidebamus; illud ad totam rem explorandam interesse putabamus, diiudicare utrum I Ant. F ex M penderent necne; cumque Orellii diligentia parum confideremus, nos et I contulimus et Ant. F ex Malaspinae libello exscripsimus.

CAPUT II.

C, Z, I, ANT., F NON PENDENT EX M.

1) I = editio Iensoniana, quae anno 1470 Venetiis prodiit, hoc ordine libros habet: epp. ad Brutum, ad Qu. fr., ad Oct., ad Atticum, Petrarchae ad Tullium ep., Attici vitam. Et libri et epistulae inscriptionibus carent; prima cuiusque

epistulae littera est omissa; Graeca desunt, sed ita ut plerisque locis spatium relictum sit pro multitudine litterarum Graecarum omissarum. In fine totius operis subscriptio est: *MARCI.T.C. EPISTOLAE AD ATTICVM BRVTVM* : | *Et Quintum Fratrem cum ipsius Attici vita feliciter Expliciunt.* | *.M*. *CCCC*. *LXX*. Haec editio iis, qui postea epp. ediderunt, exemplo fuit; nam Ascensiana prima (A^1, Parisiis a. 1511) pleraque ex I sumpsit non nullis verbis ex editione Romana ut videtur vel ex aliquo codice correctis atque plerisque Graecis insertis; A^1 exemplo fuit Ascensianae alteri (A^2, Parisiis 1521—22) et Aldinae (man., Venetiis 1513 et 21); A^2 exemplo fuit editioni Cratandrinae, quae Basileae a. 1528 prodiit; eadem in Ascensiana tertia (A^3, Parisiis 1531) et ed. Hervagiana (Basileae 1534) ita expressa est, ut ii qui libros edendos curabant non nulla vel ex suo aliorumve ingenio vel ex codicibus mutarent, maximam partem immutatam relinquerent. Victorius, qui primus in editione Iuntina 1534—37 codice M usus est, multo accuratius et prudentius officio functus est atque pravas lectiones editionis I plurimas expulit; quamquam in isto quoque textu non pauci errores ed. Iensonianae haeserunt. Multo pluribus locis lectiones I servatae sunt in iis editionibus, quae in Gallia prodierunt; nam editio Stephani (st, Parisiis 1554) ut multa habet quae alii correxerunt ita non paucis locis textum I (quem ex A^3 sumptum esse puto) servat; st Lambinus secutus est in priore editione (1565), etsi multa vel sua aliorumque coniectura vel ex codd. mutabat. Ita factum est, ut, quibuscumque locis I veram lectionem habet, neque Cratander ita se in suis codd. repperisse adnotet (C enim ibi fere ponitur, ubi Cratander ab A^2 dissentit) neque Lambinus multas lectiones ex Z adferat; cum vero inter Lambinum et Victorium post priorem editionem Lambini gravis dissensio orta esset, utrum Z an M melior esset, Lambinus in altera editione (a. 1572, 1577, 1581, 1584) non nullas lectiones editionis I cum Z consentire confirmavit.

Quicumque codicem aliquem sui iuris esse neque ex M pendere adfirmaturus est, facillime rem egerit, si C, W, Z usus erit; C, W, Z enim ex M pendere neque Baiterus aut Hof-

mannus credit neque nunc quisquam crediderit, qui lectiones a Baitero allatas vel leviter inspexerit. Nam ne quis dicat, C et Z ex M profectos esse, post vero ex altero codice interpolationes vel ab aliquo docto homine coniecturas easque veras accepisse, cum quaedam alia de quibus infra dicemus tum hi loci obstant.

IV 2, 2 *itaque oratio iubent ut nostre deberi non potest* M¹; *itaque oratio iubent ut in nostre deberi non potest* M²: *itaque oratio iubent uti nostrae* Z teste Lambino in editione posteriore; scribendum esse *iuventuti nostrae* Victorius demonstravit. Unde tandem Z istud *iubent uti* accepit? Fac Z esse descriptum de M et *iubent ut nostre* aut *iubent ut in nostre* in Z fuisse exaratum: quis *iubent uti nostrae* in Z correxit quodque consilium in ista correctura secutus est? — IV 5, 3 *scio te voluisse et me. ast num geram manum fuisset* M: *me. ast num germanum fuisset* C; scribendum esse *me asinum germanum fuisse* Corradus et Muretus coniecerunt. C si ex M descriptus esset, primo *ast num geram manum* habuisset, post vir quidam haec cogitasset: ‘Quid *ast num geram manum* sit non intellego; idem ego ne haec quidem quid sibi velint intellego *ast num germanum*; sed quamquam neutrum intellego, tamen priora verba ex hoc codice delebo, posteriora ponam’. — IX 10, 3 *nunc sive periculo experiundum erit, experiar certe ut hinc avolem* M: Z *sive periculose*, unde Lambinus collato X 1, 4 *aut enim mihi libere inter malos πολιτευτέον fuit aut vel periculose cum bonis* recte effecit *si vel periculose*. Unde vero in Z istud *sive periculose* profectum est? An ex X 1, 4, quo loco recte *vel periculose* est, homo quidam in Z *sive periculose* transscripsit? Quod si factum esset, ille nescio quis ea delesset, quae intellegi non poterant, ea posuisset, quae nihilo meliora erant. — X 4, 5 *praeclara igitur conscientia sustentor, cum cogito me de re publica aut meruisse optime cum potuerim aut certe numquam nisi pie cogitasse*: pro *nisi pie* M¹ habet *infidie*, M² *infide*, Z habuit *nisi die* teste Bosio, quem hoc loco verum dicere ex iis codicibus apparet, quos nos contulimus. Si Z ex M ortus esset, initio codex aut

infide aut *infidie* habuisset, post in Z *nisi die* positum esset, quae lectio etiam peior est quam M¹ vel M². — X 5, 3 *rescripsi et isto madio si vis* habet M, *rescripsi et istomacho si vis* C: *rescripsi ei stomachosius* Manutius restituit. C si ex M ortus esset et post alteram lectionem interpolando accepisset, res hoc modo gesta esset. Erat quidam, qui, cum priorem lectionem non intellegeret, *et istomacho si vis* poneret, i. e. ea, quae aeque obscura erant atque *et isto madio si vis*. — XII 18, 1 *quod velim mihi ignoscas, cuicuimodi est*: pro *cuicuimodi* M habet *cuiusmodi*, C *cuimodi*. C si ex M ortus esset, *cuiusmodi* primo in C fuisset atque quidam homo inventus esset qui secum cogitaret: '*Cuiusmodi*, etsi Latinum est vocabulum, tamen sententiae non satis facit; in altero codice scriptum vides *cuimodi*, quod neque Latinum est vocabulum neque sententiae satis facit; age, *cuiusmodi*, quod Latinum est neque vero cum sententia convenit, deleamus et *cuimodi*, quod neque Latinum est neque cum sententia convenit, eius loco ponamus'. — XV 3, 1 *Undecimo Kal. accepi duas epistulas tuas, quibus duabus meis respondisti*; *accepi duas* M, *accepi* ⟨*nati*⟩ *duas* Z testibus Lambino in editione posteriore et Bosio, *accepi* ⟨*nati*⟩ etiam ii codices, quos nos contulimus; ex *accepi nati* rectissime Lambinus effecit *accepi in Arpinati*, quae coniectura cum ab aliis tum a Schichio repetita est. Z si ex M ortus esset, quidam homo sic cogitasset: '*Accepi duas epistulas tuas* quid sit et ego intellego et omnes qui sanae mentis erunt intellegent; in altero codice invenio *accepi nati duas epistulas tuas* istudque *nati* quid sit non intellego neque quisquam intellegere potest; et tamen nos *nati* interponamus, quamquam cur ita faciamus roganti quod respondeamus non habebimus'. — I 18, 1 *cum ad forum stipati gregibus amicorum descendimus* recte M, *eorum* pro *forum* Z teste Lambino in posteriore editione; falsa est lectio *eorum*, vera *forum*: eum, qui in Z falsam lectionem posuit, errasse neque dedita opera ita fecisse apparet; nam si consulto falsam lectionem pro vera posuisset, vesania quaedam atque deliratio, non corrigendi studium eum movisset: quod si errore *eorum*

pro *forum* scripsit, *FORUM* in eo, ex quo Z prognatus est, codice scriptum fuisse veri simile est.

Cum Z et C et W sui iuris esse neque ex M pendere appareat, sic rem agam, ut primo loco I ubicumque cum Z aut W consentit adferam; sed cum Baiterus lectiones ex Z allatas ita distinxerit, ut Z sint ex adnotationibus Lambini in editione priore, Z^1 ex adnotationibus Lambini in editione posteriore, Z^b ex adnotationibus Bosii, nos ut errores typographicos fugiamus his signis utemur:

ZL^1 = adnotationes ex editione priore Lambini,

ZL^2 = adnotationes ex editione posteriore Lambini,

ZB = adnotationes Bosii.

His igitur locis editio Iensoniana cum Z W aliis locupletibus testibus consentit.

III 9, 2 *haec omnia agemus coram* *) M^1: *haec omnia coram agemus* M^2: *haec* [*omnia*] *coram agemus* I, ZL^2. — IV 1, 4 *cognovi* [*cum Brundisii essem*] M: *cognovi* ⟨*cum Brundisii essem*⟩ I, ZL^1. — VI 1, 17 *subscriptione ne affricanum agmen* M: *subscriptione Africani imaginem* I, W. — VI 3, 5 *quia* M: *qui* I, W. — VI 3, 9 *ne quidem eum* M: *ne quid eum* I, W. — X 14, 3 *cogitabimus* M: *cogitabamus* I, W. **) — XI 4, 2 *velis* M: *velim* I, W. — XI 23, 1 *aliter* [*est*] *et* M: *aliter* ⟨*est*⟩ *et* I, W. — XII 26, 2 *molestus* [*esse*] M: *molestus* ⟨*esse*⟩ I et Suetonius de gramm. c. 14. — XIII 3, 1 *quid* [*si*] *ipse negotium meum gererem* [*nihil gererem*] *nisi* M: *quid* ⟨*si*⟩ *ipse negotium meum gererem?* ⟨*Nihil gererem*⟩ *nisi* I: *qui* ⟨*si*⟩ *ipse negotium meum gererem* ⟨*nihil gererem*⟩ *nisi* ZL^2, ZB. — XIII 10, 3 *si quid* [*egerit*] M: *si quid* ⟨*egerit*⟩ I, ZL^2. — IV 12 [*Idibus*] *enim* M: ⟨*Idibus*⟩ *enim* I, ZL^1. — I 16, 5 *praesidium* [*a*] *nobis* M^2 ([*a*] *vobis* M^1): *praesidium* ⟨*a*⟩ *nobis* I, ZB, Seneca ep. 97, 6.

Omnibus iis locis, quos attuli, Baiterus I silentio praeterit

---

*) Res orthographicas non soleo curare, nisi ipsa res critica postulat.

**) W, ubi in Baiteri adnotatione critica non inveniuntur, in Schepssii commentariolo, quod supra p. 5 commemoravimus, editae sunt.

atque neglegit; atqui commemorare atque explicare debuit, quo modo factum esset, ut I tot tamque gravibus locis cum Z, W, Suetonio consentiret.

Multo sunt plures loci, quibus I lectionibus codicis Medicei ita praestat, ut omnes editores M reiciant, I probent: cum vero perpaucis locis Baiterus I in adnotatione critica commemorarit atque Orellii adn. critica paulo obscurior sit, ii qui haec legent nostra diligentia confidere debent. Eas lectiones editionis Iensonianae cur non Cratander et Lambinus suis codicibus collatis confirment, supra p. 7 explicavi; neque enim veteres philologi ea, que recta esse videbantur, cum codicibus conferre solebant.

His igitur locis I melior est quam M.

I 13, 2 *nil metuas mali* I: *nihil speres mali* M. — I 20, 1 *officiose* [*et*] *humaniter* I: *officiose* ⟨*et*⟩ *humaniter* M. — V 20, 3 ⟨*interim*⟩ *scis enim* I: [*interim*] *scis enim* M. — VI 1, 3 *ii suum* I: *usum* M. — VI 1, 13 *Caeteri infirmant* I: *ceterum firmant* M. — VI 2, 5 *inambulabam domi* I: *inambulando domi* M. — VI 7, 2 *et si etesiae* I: *et si et asie* M. — VI 8, 2 *Cassium Trib. P* I: *Cassius PR.* M. — VII 14, 2 *provisum* I: *profixum* M. — VII 18, 1 *quoad* I: *quod* M. — VII 18, 4 *exigere* I: *exire* M. — VIII 1, 3 *a bonis* I: *ab omnibus* M. — VIII 4, 1 *arcessi* ⟨*non*⟩ I: *arcessi* [*non*] M. — VIII 8, 1 *pararat* I: *parat* M. — VIII 9, 2 *ne ego* I: *nec ego* M. — VIII 11, 7 *Magnite* I: *magni te* M: *Magnete* vera est lectio. — VIII 15, 1 *Vibullius* I: *Iubullius* M. — VIII 16, 2 *cum ipsi* I: *cum hiis si* M[1]: *Cumis si* M[2]. — IX 4, 1 *egeo* I: *ego* M. — IX 7a, 1 *Pompeii: id eum* I: *pompei deum* M. — X 1, 3 *aliunde* I: *alicunde* M. — X 4, 11 *sermonis hirtiani* I: *sermones Lurtiani* M. — X 8b, 1 *a te peto* I: *a te puto* M. — X 10, 4 *a Curione* I: *acuone* M. — X 11, 1 *sunt ea quidem* I: *sunt equidem* M. — X 17, 4 *imprimisque siquid* I: *in primis quasi quid* M. — XI 2, 3 *ut ne qua* I: *ut neque* M. — XI 23, 3 *ab ipso* I: *abuso* M. — XII 1, 2 *quo die* I: *quotidie* M. — XII 7, 1 *attulisti* I: *abstulisti* M. — XII 8 *et Piliae* I: *cepilie* M. — XII 23, 3 *et tu* I: *et cui* M. — XII 27, 2 *numorum* I: *unum morum* M. —

XII 27, 2 *permutetur* I: *permittetur* M. — XII 40, 4 *fabriana: modo res* I: *faberia nam odores* M: *Faberiana modo res* vera est lectio. — XII 42, 1 *est aut* I: *estant* M. — XII 49, 2 *O tempora* I: *obtempora* M. — XIII 1, 3 *amo atque* I: *amat que* M. — XIII 1, 3 *amavi: te vero* I: *amavit tu vero* M. — XIII 6, 3 *poscis* I: *possis* M. — XIII 7, 1 *aut* ⟨*si*⟩ I: *aut* [*si*] M. — XIII 9, 1 ⟨*Dolabella quibus verbis secum egissem exposuit: commodum enim egeram diligentissime: quae*⟩ I: [*Dolabella quibus verbis secum egissem exposuit commodum enim egeram diligentissime quae*] M. — XIII 24 *Corcirae* I: *currere* M. — XIII 25, 3 *partis in iis* I: *parcissimis* M. — XIII 26, 1 *ne turbem* I: *nec urbem* M. — XIII 28, 3 *ingenio summa* I: *ingeniosum a* M. — XIII 33, 4 *si recte* I: *scire te* M. — XIII 38, 1 *epicuros de eodem* I: *epicuros deos eodem* M: *Epicureos de eodem* vera est lectio. — XIV 10, 4 *Roma es* I: *Rome* [*es*] M. — XIV 11, 1 *ratio non gubernat* I: *ratione gubernat* M. — XIV 17, 6 *connecti vis* I: *convexius* M: *contexi vis* vera est lectio ex C. — XV 11, 4 *liberae* I: *liberare* M. — XV 26, 5 *Varoni quemadmodum* I: *Varonique admodum* M. — XV 28 *abstulisse* I: *attulisse* M. — XV 29, 1 *dii faxint* I: *difuse sint* M. — XVI 2, 6 *domo mitto* I: *dum omitto* M: *domo mittito* vera est lectio. — XVI 3, 1 *Tiburi* I: *tibi iri* M. — XVI 6, 3 *cluviano* I: *dumano* vel *duviano* M. — XVI 10, 2 *Attice tota mente* I: *AΠIEETO. tamen te* M. — XVI 11, 1 *nonis* I: *non hiis* M. — XVI 15, 5 *pudentissime* I: *prudentissime* M.

Non nullis ex iis quos attuli locis Iensonum coniectura veram lectionem invenire potuisse concedo, omnibus aut plurimis nemo concedet nisi qui iam ante quattuor saecula aliquem philologum Madvigiana cum prudentia et sagacitate tum facilitate et felicitate in emendando usum esse credet; nam quam prudenter non numquam codicum scriptores et veteres editores errores odorati sint, constat: quemquam in tot lectionibus restituendis tam eleganter et feliciter rem egisse non existimamus.

2) Anno 1563 Venetiis editae sunt Leonardi Malaspinae in epistolas M. Tullii Ciceronis ad Atticum, Brutum,

et Q. Fratrem, emendationes, ac suspiciones. — Malaspina vel Malaespina (ita enim nomen omnibus eius libelli locis impressum est) haec scribit:

'*Undecim vero* (scil. libros) *habuimus. ex quibus quinque cum vulgata Manutii atque etiam Victorii editione, diligentissime conferentes, a carceribus ut dici solet, ad calcem usque percurrimus: nempe Faerni duos: quorum unum, Romanum exemplar appellare soleo, quod sub id tempus Romae impressum fuerit, quo haec typis excudendi ars, divinitus est inventa: alterum Faerni ipsius nomine*' (nos eum codicem F cum Wesenb. appellabimus), '*valde probum et antiquum: quos ambos apud eos esse arbitror, qui librorum ipsius fuerunt heredes. Guidonis Lolgii item duos: unum manu Poggii Florentini (ita enim in fine libri legitur) descriptum, ab editione Victorii, sive Graeca sive Latina spectes, non magnopere diversum: alterum recentiorem, quem librum Lolgii ubique, ut illum Poggii voco. quos qui volet (ea est hominis humanitas) arbitratu suo poterit inspicere. Quintum e Bibliotheca Dominici Grimani Cardinalis accepi, quam vir ille clarus et magnus, in nostris aedibus Antonianis*' (Ant. cum Wesenb. hunc librum nominamus) '*Venetiis exaedificavit, omniumque librorum copia et varietate instruxit atque ornavit: quae nemini clausa est, invisere volenti. Hos ergo quinque in potestate habui, totosque cum totis syllabatim fastidioseque contuli: reliquos sex, quod nihilo meliores comperiebam, pro ut res tulit, consului potius aliquando, quam legi: in quibus tres fuerunt doctissimi viri Bernardini Maffei Cardinalis, quos penes heredes reperire licet: unus Cardinalis mei*' (scil. Nicolai Rodulfi; nos librum, quem Mal. raro adfert, Card. appellabimus), '*qui post obitum illius, cum reliqua optimorum librorum bibliotheca, in manum venit clarissimi Imperatoris et fortissimi hominis Petri Strozae, non minus latinis graecisque litteris, quam animi magnitudine, qua ceteros superavit, praecellentis: quam omnem bibliothecam, audio Philippum filium, cum reliqua cum pecuniarum tum virtutum paternarum hereditate crevisse. Reliqui duo libri, alter apud Octavium Pantagathum erat, cuius ille mihi copiam, quotiescunque volui ultro fecit: quem tamen aiebat*

fuisse, eruditissimi viri, et innocentissimi Episcopi, Antonii Augustini: de quo vere hoc tempore affirmare possumus, quod suo de Q. Scaevola dixisse Crassum, M. Tullius scribit: esse illum Iuris peritorum eloquentissimum, et Eloquentium Iurisperitissimum: alter in nostris aedibus Divi Servatoris Bononiae, in locuplete et ornatissima Bibliotheca: quem ego ea praeteriens, aliquot in locis, ut fit, nullo ordine attigi'.

Ant. *) et F Malaspina saepius quam reliquos tres priores commemorat: apparet tamen Ant. et F multis locis a M dissensisse, reliquos tres simillimos fuisse cod. Medicei. De sex posterioribus nihil certi constitui posse puto, quod raro ex iis lectiones commemorantur neque in gravibus locis nominatim adferri solent: Card. vero adfinem fuisse Ant. et F ex non nullis lectionibus conicio.

Ant. non pendere ex M ex his locis intellexi:

I 16, 2 *Fufius* Ant. et aliquot alia exemplaria**) et hic et alibi Mal.: *fusius* M. — I 16, 11 *Comissatores* Ant. et manuscr. non pauci Mal.: *commissatores* M. — I 16, 13 *Fufia* Ant. (teste Mal. ad XV 4, 1): *fusia* M. — I 17, 9 *Asiam* Ant.: *Asiani* M. — II 1, 4 *quod te arcessam* Ant. et aliquot alii Mal.: *quo te arcessam* M. — II 6, 1 *Duum virum* Ant.: *diu nimirum* M. — IV 4b, 1 *[bibliotheca]* Ant.: *⟨bibliotheca⟩* M. — IV 8a, 2 *postquam sit tibi* Ant.: *postquam misit* M. — IV 9, 1 *impediant* Ant.: *impendant* M. — IV 14, 2 *Tu velim* Ant.: *ut velim* M[1]: *[ut] velim* M[2]. — IV 17, 2 *quidem fuisset* Ant.: *quidem adfuisset* M. — IV 17, 4 *libere* Ant., C: *liber* M. — VI 1, 25 *centenos* Ant., W: *centenas* M. — IX 5, 1 *Fufius* Ant. et alter

*) Ant., nisi me fallit, a Tomasinio, biblioth. Venet., p. 12 commemoratur; tota bibliotheca Antoniana incendio est deleta; cff. Giovanni degli Agostini, Notizie istorico-critiche intorno la vita e le opere degli Scrittori veneziani (Venetiis 1752) I. B. p. 34; Emanuele Cicogna, Iscrizioni veneziane, I. B. p. 189; Forestiere illuminato intorno le cose più rare . . . . della città di Venezia (Venetiis 1764) p. 89: hos locos Castellanius, vir clarissimus, qui bibliothecae Marcianae praepositus est, nobiscum communicavit.

**) Ita saepius Malaspina scribit; nos non omnibus locis reliquos codd. Malaspinae (praeter Ant. et F) respicimus.

cod. Maff.: *Fusius* M. — IX 7, 3 *depecisci* Ant. et aliquot alii Mal., C: *depacisci* M. — IX 8, 1 *quod [modo] quaeris* Ant. et Maff., C: *quod ⟨modo⟩ queris* M. — IX 11, 4 *illic* Ant.: *illuc* M. — XI 17, 3 *illim* Ant.: *illic* M, sed *c* in rasura. — XII 5, 3 *Tubulus* Ant.: *tubulis* M. — XIII 21, 5 *ut homo aũs eam non habere* Ant.: *ut humanus eam non* M; cf. ZL², ZB. — XIII 33, 2 *habet res* Ant., ZL²: *haberes* M. — XV 26, 2 *⟨est⟩ illa quidem* Ant., C, ZB: *[est] illa namque* M. — XV 27, 3 *suspicabor* Ant., ZB: *suspicor* M. — XVI 2, 4 *Aeculanum* Ant., textus Cratandri: *Aculanum* M. — XVI 2, 6 *si de* Ant., ZB: *sed de* M.

F sui esse iuris neque ex M ortum esse hae lectiones probant:

III 8, 2 *ab Ilio* F: *ab illo* M; *Ilio* Madvigius coniecit. — IX 7, 6 *non profectos* F, ZB: *non profectis* M. — X 9, 3 *deinde quo* F: *deinde quod* M. — XII 28, 1 *⟨magni⟩ aestimo* F: *[magni] aestimo* M. — XIV 1, 1 *Lepido* F: *Lepidi* M. — XV 20, 4 *et ex* F, ex qua lectione Mal. *ei ex* restituit: *id ex* M. — XV 29, 2 *omnia ⟨tua⟩* F, ZB: *omnia [tua]* M. — XVI 15, 2 *nec dubito* F, C, ZB: *et dubito* M.

Ant. + F non traxisse originem ex M hi loci ostendunt:

III 23, 4 *aut Ninnium* Ant., F: *aut nimium* M. — IV 5, 2 *a vectio* Ant., F, ZB: *aut etiam* M. — IV 8b, 1 *apenas* Ant., F: *Aperias* M. — IV 11, 2 *eduxi* Ant., F, C: *duxi* M. — IV 12, 1 *Anti* Ant.: *Antii* F: *ante* M. — IV 18, 5 *⟨ex⟩ Britannia* F, *⟨e⟩ Britannia* Ant.: *[ex] britania* M. — V 21, 4 *esse* F, Ant., Card., C: *fore* M. — XI 23, 3 *tum ne vim ab ipso* Ant., F: *tum ne vim abuso* M. — XII 12, 1 *⟨sed vereor ne minorem τιμὴν⟩* textus Cratandri, Ant., F, 'quamquam Ant. abest graecum verbum, inani spatio relicto' Mal.: *[sed vereor ne minorem τιμὴν]* M. — XIII 10, 3 *si quid ⟨egerit⟩* Ant., F, ZL²: *si quid [egerit]* M. — XIII 27, 1 *nec mihi* Ant., F: *ne cum* M. — XIII 30, 3 *fuerint* Ant., F: *fuerunt* M. — XV 26, 4 *utut erit* Ant., F: *ut erit* M. — VI 1, 23 *⟨in⟩ quibus* Ant., F, W: *[in] quibus* M.

Haud paucis locis Malaspina aut Ant. et F non nominatim affert aut cum reliquis codicibus coniungit: nos non

nullos collegimus, ex quibus intellegi potest, quanti cum alii codd. Malaspinae, tum Ant., F, Card. aestimandi sint:

I 14, 1 *Fufius* plerique codd. Mal.: *fusius* M. — IV 15, 7 *ἐξοχῇ in nullo est* 'omnes nostri' Mal.: *ἐξοχῇ in nulla est* M. — IV 16, 3 'partim *ioculatoriae* partim *ioculatorem* mei' Mal.: *ioculatorem* C: *ioculatorie* M, sed *rie* in rasura. — V 20, 1 *celebritatem* F, Pogg., duo Maff., ZB: *celebritate* M. — VI 1, 11 *Pompeium* 'duo nostri' Mal., ZB: *Pompeio* M. — VI 1, 11 *illud dissimulantem* 'duo nostri' Mal.: *illum dissimulantem* M. — VI 7, 2 ⟨*plane*⟩ *volo* Ant., F, Card.: [*plane*] *volo* M. — VI 8, 4 *Tarquitio* Ant., Pogg.: *tarquinio* M. — VII 3, 1 'manuscripti veteres, partim *Aesculanum* aut *Aeculanum,* partim *Herculanum*' Mal.: *Eculanum* M. — VII 3, 6 'veteres libri partim, *Eruci Lucceis,* partim, *Ei vici Luccei*' Mal.; cf. ZB: *Eivici Lucceis* M. — VII 15, 1 *licet* F, Ant., quidam alii Mal.: *liceret* M. — VII 18, 1 *turpi* F, Card., . . . *misero* Ant., ZL^2, ZB: *turpe . . . misere* M. — VII 18, 2 ⟨*O*⟩ *vix ullo* Card.: [*O*] *vix ullo* M. — VII 18, 3 ⟨*scio*⟩*) Card., Ant., F, C, ZL^1: [*scio*] M. — VIII 3, 6 *in eam partem* Ant., F, Card.: *mea in parte* M^1: *in ea parte* M^2. — IX 7, 4 *explicata* 'plerique' Mal.: *explicita* M. — IX 9, 2 *Arado* 'vetusti' Mal.: *Sidonea Rodo* M^1: *Sidone a Rodo* M^2. — IX, 9, 4 *delituum* F, Ant., Card., Maff.: *Deli tuum* C: *delitium* M. — IX 15, 2 *diceretur* [*et magister equitum*] Pogg., Ant., Maff. tres: *diceretur* ⟨*et magister equitum*⟩ M. — XIII 23, 1 ⟨*in*⟩ *quo* veteres libri Mal., Cratander: [*in*] *quo* M. — XIII 29, 2 *ambulatiunculae addenda sunt* F, Rom., Lolg., Pogg.: *ambulat vincula addenda sunt* M. — XIII 45, 1 *Baebio* Ant., F, reliqui, Cratander: *babio* M. — XIII 51, 2 *narro* Ant. et aliquot alii: *narrabo* M. — XV 1 b, 2 *in ea* veteres libri: *sine ea* M. — XVI 15, 1 *ut illum* 'nostri fere': *cui illum* M.

Erit igitur, qui dicat: 'Recte tu istis locis vel omnibus vel plerisque I, Ant., F meliores lectiones quam M habere dicis neque est quod negem, istis ipsis locis I, Ant., F sui iuris neque a M ortos esse. Ac tamen potuit fieri, ut et codex

---

*) Verba [ ] cancellis inclusa a codicibus absunt, verba ⟨ ⟩ inclusa adsunt.

ille, ex quo I, Ant., F orti sunt, de M describeretur et ille ipse codex postea lectionibus ex altero codice, qui non pendebat e M, haustis corrigeretur. Fac igitur, ut probes, illas lectiones non esse interpolatas atque a principio in eo codice, de quo I, Ant., F descripti sunt, fuisse'. Cui ego primum modeste respondebo: 'Quam lepide tu ac festive rem agis, optime homo! Id enim munus, quod tibi impositum est, mihi delegas, cum postulas ut id refellam, quod tuum est probare. An te fugit, quanto opere Voigtii et Viertelii libellis tota res, de qua agimus, mutata sit? Antea enim, id quod supra p. 5 et 6 exposui, quod M a Petrarcha scriptus esse putabatur Petrarchamque has epistulas invenisse constabat, recte vel potius probabiliter concludebatur, omnes qui exstarent codices ex M pendere: etsi enim poterat fieri, ut ex codice a Petrarcha reperto duo exempla describerentur, quorum alterum erat M, alterum codex nunc deperditus, sed parens ed. Iensonianae, Antoniani, Faernini, tamen non impudenter postulabatur, ut, quisquis I, Ant., F e M ortos esse negaret, illud ipsum se recte negare certis rationibus efficeret. Nunc vero, cum plane obscurum sit, quae sit propinquitas Medicei cum Petrarchae codice, quae sit propinquitas Medicei cum I, Ant., F, inique agat qui postulet, ut id refellatur, quod cur probabile sit causa non est'. 'At tot annos, immo tot saecula M optimus codex parensque reliquorum habitus est'. Quasi vero quicquam in iis rebus, quae ad rem logicam attinent, vetustate confirmetur. Quamquam caveamus, ne duas res easque varias confundamus: nam alia est quaestio, quanti M aestimandus sit atque optimusne sit omnium codicum, alia, sitne M parens omnium reliquorum codicum. Iam illud non agitur, quanti M sit; hoc ex iis locis quos attuli apparet, M non esse parentem Iensonianae ed., Ant., F.

Sed concedamus multum de nostro iure; tam enim perspicua res est, ut facile omnem dubitationem tollere nos posse credamus. Fac esse veri simile — id quod veri dissimillimum esse ex Viertelii et Voigtii libellis apparet — M esse parentem codicum Ant. et F, esse denique veri simile, istas meliores

lectiones Ant. et F interpolationibus accepisse: tamen id falsum esse neque ullo modo credibile ex non nullis locis apparet, modo princeps ista ratio philologorum servetur, ut, quisquis interpolationes in textum recipiat, hoc spectet, ut verba corrupta quantum fieri possit corrigat. Age iam, non nullos locos ex iis quos supra collegi paulo diligentius tractemus. IV 8a, 2 in M est *postquam misit libros inlustrarunt valde.* Obscuram esse sententiam apparet; Ant. vero habuit *postquam sit tibi libros .....:* quid igitur? num paulo apertior est posterior sententia priore? Minime quidem. Num igitur is, qui in Ant. vel eius parente ista interpolasse videtur, ita secum cogitavit: 'Quid hoc loco ista verba *postquam misit libros* sibi velint, non intellego; multo minus intellego, quid ea valeant, quae in hoc altero codice reperio, *postquam sit tibi libros*: sed priorem lectionem radamus, posteriorem inseramus, etsi ipse cur ita mihi faciendum esse putem nescio'? Credat Iudaeus Apella! — XIII 21, 5 M prae se fert *possum falli ut humanus eam non habere*; non recta est ista sententia, neque vero tam perversa ut quivis corruptelam odoretur; neque re vera A^1, A^2, c odoratae sunt, in quibus ista ipsa verba servantur. Sed fac, aliquem multo ante Malaspinae aetatem errorem intellexisse: quid ille? Ea in Ant. interposuisset, quae nihilo meliora sunt: *ut homo añs eam non habere.* Ecquis ita eum egisse credat? — XV 20, 4 *sed id ex praedis ut cadet ita solvetur* in M scriptum invenitur; *id* paulo obscurius est et tamen error est tam reconditus, ut facile etiam prudentiorem hominem fugiat. F vero quid habet? *sed et*) ex ... ita solvetur.* O hominem prudentem, qui ea corrigat quae aegre intellegantur, id interpolet, quod ne aegerrime quidem intellegi possit. — IX 9, 4 *delitium* est in M, in Ant., F, Card., Maff. *delituum.* Neutra est vera lectio: quid vero is, qui *delitium* delevit, *delituum* interpolavit, in animo habuisse videtur? An id spectavit, ut, si quis maiore prudentia atque rei criticae peritia instructus inveniretur, eo facilius *Deli tuum* corrigeret?

---

*) Recte ex *et ex* Malaspina *ei ex* videtur restituisse.

Denique, si tam leviter rem criticam exercebimus, ut iudicio occupato cuidam codici uni auctoritatem tribuamus, eas lectiones, quas isti iudicio contrarias esse intellegimus, interpolationibus ortas esse putemus, fiet, ut quis non minore levitate in omnibus libris veterum scriptorum edendis eadem ratione vel potius nulla ratione versetur; neque enim video, cur non eodem modo in libris qui inscribuntur de legibus B esse ortum ex A dicamus, meliores lectiones codicis B interpolatas ex altero codice putemus, si quis totam istam rationem rei criticae agendae improbet, ab eo arroganter postulemus, ut id, quod nos factum esse non probavimus neque ulla iusta causa allata opinamur, factum non esse probet: id si fiet, non litterarum studia colemus, sed ludemus nugasque agemus.

Sed finem faciamus eius disputationis, quam nos ne debuimus quidem suscipere, praesertim cum infra in cap. VII de iis codicibus quos nos contulimus ita disputare in animo sit, ut nihil sit quod de tota re dubitetur.

Baiterus vero quid tandem consilii est secutus, si modo certum ei consilium in istis epistulis recensendis fuit, quod non modo I, sed etiam Ant. F Card., etsi multis locis eorum codicum lectiones recepit, plerisque neglexit atque silentio transiit? Utrum istas lectiones, quae plurimae in altera editione Orelliana sunt, in Ant. et F fuisse ignoravit an consilio eas neglexit? Quod si consilio neglexit, quod istud consilium fuit? Nam Hofmannus, ut est homo et doctissimus et cautissimus, quanto opere ipse suo iudicio diffidat quantaque diligentia eam rem retractandam esse putet, ex iis quae in fine libelli scripsit intellegitur.

CAPUT III.

DE NOVIS CODICIBUS, QUI EX M NON PENDENT.

Cum intellexissem, nihil iam esse, quod l. Ant., F ex M pendere crederem, ita rem agendam existimavi, ut M, de cuius variis lectionibus nisi aliis codicibus collatis iudicium certum ferri posse non videbatur, parumper omitterem, id potius viderem, ecqui codices in Italia vel Gallia essent, qui ex M non penderent. Itaque inde ab auctumno a. 1886 hi codices a nobis collati sunt:

1) E = cod. Ambrosianus vel potius Excerpta Ambrosiana, E 14 (olim E 81) inf., membranaceus, XIV saeculo scriptus; latus est 27 centimm., altus 40. Continet duas partes; prior constat ex 10 quinionibus (= 100 foll.), 1 ternione, ex quo unum folium desectum neque adnumeratum est (= 5), 4 quinionibus (= 40), 1 ternione, ex quo unum folium desectum neque adnumeratum est (= 5); posterior pars constat ex 6 quinionibus (= 60), 1 quinione, cuius octavum et nonum folium desecta sunt (= 8): totus igitur codex constat ex 218 foliis; is, qui folia numeravit, fol. 101 neglexit, ultimum folium numero non signavit: itaque in 217. folio numerus 218 scriptus est. Singulae paginae habent binas columnas. Continet inde a fol. 1a usque ad 106a Ciceronis libros rhetoricos (de inventione, ad Herennium, de oratore, oratorem inde a § 91 usque ad § 238, topica), inde a fol. 107a (nam magna pars paginae 106a et tota pagina 106b vacuae sunt relictae) usque ad 148a philippicas orationes, inde a fol. 148b usque ad fol. 150a somnium Scipionis. Pagina 150b et totum folium 151 vacua sunt relicta.

Inde a fol. 152a incipiunt Ciceronis epistulae mirum in modum in undecim libros hoc modo distributae:

a) fol. 152a *M. T. Ciceronis eplarum liber primus Incipit.* Is liber constat ex epp. ad Qu. fr. I 1, I 2, II 3, II 4, II 5, II 7 (9), II 10 (12), II 11 (13), II 12 (14), II 13 (15a), II 14 (15b). II 15 (16), III 1, III 2, III 3, III 4, III 5 + 6, III 8, III 9, ad Att. I 1, I 2, I 3, I 4, I 5, I 6, I 7, I 8, I 9, I 10, I 12, I 13, I 14, I 15, I 16, I 17, I 18, I 19, I 20. — fol. 167a *Explicit liber primus;* haec subscriptio nigro est atramento scripta.

b) fol. 167b *Explicit liber primus* (iterum positum). *Incipit liber II'.* Is liber constat ex his epp. ad Att. II, 1, II 3, II 4, II 5, II 6, II 8, II 9, II 10, II 11, II 7, II 16, II 18, II 19, II 20, II 22, II 21, II 23, II 24. — fol. 171a *Explicit liber II'.*

c) fol. 171a *Incipit liber III'.* Is liber continet ad Att. III 7, III 8, III 9, III 10, ad Qu. fr. I 3, I 4, ad Att. III 11, III 12, III 13, III 14, III 15, III 18, III 19, III 22, III 23. — fol. 175a *Explicit liber III'.*

d) fol. 175a *Incipit liber IIII'.* Hoc libro comprehenduntur ad Att. IV 1, IV 3, IV 6, IV 10, IV 15, IV 16 + 18, IV 19 (17) + IV 16, § 7, IV 17 (18) + 19 (18, 3). — fol. 176b *Explicit liber IIII'.*

e) fol. 176b *Incipit liber V.* Is liber habet ad Att. V 1, V 5, V 6, V 16, V 20, V 21. — fol. 178a *Explicit liber V.*

f) fol. 178a *Incipit liber VI'.* In hoc libro sunt ad Att. VI 1, VI 2, VI 3, VI 5, VI 8. — fol. 179b *Explicit liber VI'.*

g) fol. 180a *Incipit VII'.* Habet ad Att. VII 1, VII 2, VII 3, VII 4, VII 5, VII 6, VII 7, VII 8, VII 9, VII 11, VII 12, VII 13, VII 15, VII 16, VII 17, VII 20, VII 21, VII 23, VII 26. — fol. 184b *Explicit liber VII'.*

h) fol. 184b *Incipit VIII'.* Is liber constat ex epp. ad Att. VIII 1, VIII 3, VIII 4, VIII 7, VIII 9, VIII 10, VIII 11, VIII 11b, VIII 11d, VIII 12, VIII 12a, VIII 12b, VIII 12c, VIII 12d, VIII 13, VIII 14,

VIII 15, VIII 15a, VIII 16, IX 1, IX 2 + 2a, IX 3, IX 4, IX 5, IX 6, IX 7, IX 8, IX 7c, IX 7b, IX 7a, IX 9, IX 10, IX 11, IX 11a, IX 14, IX 15, IX 16, X 2, X 3 + 3a, X 4, X 5, X 6, X 7, X 11, X 13, X 14, X 15, X 16, X 18. — fol. 198b *Explicit liber VIII'*.

i) fol. 198b *Incipit liber VIIII'*. In hoc libro sunt ad Att. XI 7, XI 8, XI 9, XI 10, XI 12, XI 13, XI 15, XI 16, XI 18, XII 18 + 18a, XII 19, XII 21, XII 22, XII 23, XII 24, XII 25, XII 26, XII 27. — fol. 201a *Explicit liber VIIII* (sed pars eius numeri in rasura, ultima linea *I* post additum).

k) fol. 201a *Incipit liber X* (radendo ex *XI* (?) confectus est numerus). Hoc libro comprehenduntur ad Att. XII 1, XII 2, XII 3, XII 5, XII 6, XII 14, XII 40, XII 42, XII 43, XII 44, XII 45, XII 46, XII 47, XII 48, XII 49, XII 50, XII 51, XIII 10, XIII 13, XIII 14, XIII 19, XIII 20, XIII 25, XIII 26, XIII 28, XIII 38, XIII 39, XIII 41, XIII 42, XIII 51, XIII 52, XIV 1, XIV 4, XIV 6, XIV 7, XIV 8, XIV 9, XIV 10, XIV 12, XIV 13, XIV 13a, XIV 13b, XIV 14, XIV 15, XIV 16, XIV 17, XIV 17a, XIV 18, XIV 20, XIV 21, XV 1a + 1b, XV 2, XV 5, XV 6, XV 9, XV 11, XV 12, XV 14, XV 15, XV 16a, XV 27, XVI 2, XVI 3, XVI 4, XVI 5, XVI 6, XVI 7, XVI 8, XVI 11, XVI 13a, XVI 13b, XVI 13c, XVI 15, XVI 16, XVI 16a, XVI 16b, XVI 16f. — Is liber desinit in fol. 211b ita, ut ex dextera columna 21 fere versus vacui relicti sint; liber undecimus incipit a fol. 212a, id est, a novo folio et novo quinione; fol. 211b caret subscriptione; fol. 212a *Explicit liber X'*.

l) fol. 212a *Incipit XI'*. Liber continet omnes epp. ad Br. libri I. — fol. 218a *Expliciunt eple Ciceronis ad brutum*, sed *brutum* est deletum et in eo loco scriptum m² *aticum;* manus eadem, ut videtur, in margine haec adscripsit: *Magis credendum censeo nepoti* (super-

scriptum *cornelio) qui has dic ad Atticum scriptas;* haec subscriptio nigro atramento est scripta.

Totus codex videtur scriptus esse ab eodem homine, sed variis temporibus; itaque cum priori parti codicis, quae desinit in fol. 151a, haec subiecta sint *Marcus de raphanellis scripsit,* eundem hominem posteriorem partem quae epistulas continet aliquanto post scripsisse puto. Qui cum in Cornelii Nepotis vita Attici 16, 3 legisset, undecim volumina epistularum esse ab consulatu Ciceronis usque ad extremum tempus ad Atticum missarum, ipsum illum numerum sibi ex iis 20 libris, quos in exemplari habebat, efficiendum putavit; nam ne credam istos undecim libros iam in exemplari quod describebat constitutos fuisse, ea suadent quae in fine libri VIIII et XI huius cod. scripta erant atque postea correcta sunt. Idem et multas epistulas omisit et ex iis ipsis epp., quas describebat, mirum in modum nullo certo consilio excerpsit, plurimas paragraphos praetermisit, multis locis ex una ep. mediis omissis binas effecit, saepius partes excerptas ita coniunxit, ut *et c̄.* vel *et c.* interponeret atque hanc notam (_ intericeret vel intericiendam curaret; nullo eum in excerpendo consilio usum esse inde apparet, quod saepe graves res omisit, leves descripsit.

Qui sit status eius codicis atque quo modo is qui scripsit excerpserit, facilius intellegetur, cum quid ex altero ad Att. libro scripserit, quid omiserit, quot epistulas constituerit, exposuerimus. Prima igitur eius libri ep. in codice incipit II 1, 1 a *Kalendis Iunii(!)eunti* et desinit in II 1, 4 *et quae dixerim.* — Altera epistula incipit a II 1, 5 *Quod (!) quaeris hominem* et desinit in II 1, 8 *et pervicit cato.* — Tertia epistula incipit a II 3, 3 *Fuit apud me* et desinit in II 3, 3 *esse dubitandum.* — Quarta epistula incipit a II 4, 1 *Fecisti mihi pergratum* et desinit in II 4, 1 *poteris transigas.* — Quinta epistula incipit a II 4, 2 *Interea quidem* et desinit in II 4, 6 *sane devium.* — Sexta epistula incipit a II 5, 1 *Cupio equidem* et desinit in II 5, 1 *vivunt rumusculos.* — Septima epistula incipit a II 6, 1 *Quod tibi* et desinit in II 6, 1 *magnum opus est* — Octava epistula incipit a II 8, 1 *Epistolam cum* et

desinit in II 8, 2 *aliquid novi.* — Nona epistula incipit a II 9, 1 *Subito cum* et in haec verba § 4 desinit *Terencia tibi salutem gr. fi.* (*gr̃.* positum est pro graecis vocabulis omissis, *fi.* compluribus locis in fine epistularum adicitur). — Decima epistula eadem continet omnia quae II 10. — Undecima epistula eadem continet omnia quae II 11. — Duodecima epistula incipit a II 7, 3 *Incende hominem* et desinit in haec verba II 7, 4 *ait tuus amicus Sophodes grec̃.* — Tertia decima epistula incipit a II 16, 1 *Cenato mihi* et desinit in haec verba II 16, 1 *fere succurrebant et c.* — Quarta decima epistula incipit a II 16, 2 *Oppressos vos* et desinit in II 16, 2 *gratiam retulerunt.* — Quinta decima epistula eadem habet omnia quae II 18. — Sexta decima epistula haec habet II 19, 1 *Multa me .... Stacium manumissum et c̃.* [*nec meum* usque ad *δρυός: saluti* desunt] *Si me amas ....* II 19, 2 *qua re scio.* [*sed ita ... restituit rem* desunt] *pompeius nostri .....* II 19, 3 *stantes plauserant;* ea quae sequuntur omnia usque ad finem ep. desunt. — Septima decima epistula incipit a II 20, 1 *Pompeius amat* et desinit in II 20, 6 *et remitto.* — Duodevicesima epistula incipit a II 22, 1 *Quam vellem* et habet totam ep. — Undevicesima epistula habet omnia eadem quae II 21. — Vicesima epistula incipit a II 23, 3 *Quam ob rem si me* et desinit in II 23, 3 *cura ut valleas.* — Una et vicesima epistula eadem habet omnia quae II 24. — Reliqua omnia ex libro II desunt*).

Inscriptiones singularum epistularum codex non habet, nisi ubi alterius epistula (ut VIII 12a—d, XIV 17a) inseritur: quibus in locis inscriptio cum textu coniungitur.

Graeca pleraque omittuntur, sed ita ut eorum loco *gr̃.* vel *grec̃.* vel similia haud raro inserantur; perraro is ipse, qui codicem scripsit (plerisque enim in codicibus is qui Latina scripsit vacuum locum reliquit, qui postea Graecis verbis impleretur) Graeca vocabula quadratis litteris depingere ausus

---

*) Eos quoque libros qui ante epistulas sunt potius excerpsisse quam descripsisse videtur is qui totum codicem exaravit.

est: ex quibus litteris apparet, hominem Graecae linguae plane imperitum fuisse.

Omnia nos, quae cod. ex Ciceronis epistulis habet, contulimus.

E sui iuris esse neque ex M pendere ex multis locis intellegitur; ex quibus non nullos adfero, sed ita ut adnotationem criticam Baiteri sequar, qui quot et quam graves lectiones ex ZL², ZB, Turnebi Adversariis omiserit, infra exponemus. Itaque etsi multo plures lectiones colligere potuimus, tamen quod et ista manca adnotatio satis erat ad rem probandam et nos noluimus eas lectiones ex C et Z adhibere, quae aliis nunc praesto non sunt, hos locos adferimus:

I 4, 3 *est* ⟨*insigne*⟩ E*), ZB: *est* [*insigne*] M. — I 16, 5 ⟨*a*⟩ *nobis* E, ZB, Seneca ep. 97, 6: [*a*] *vobis* M¹: [*a*] *nobis* M². — I 16, 13 *tribulibus* E, C: *tribubus* M. — I 17, 7 *aliquando* ⟨*ante te*⟩ E: *aliquanto* ⟨*ante*⟩ C: *aliquando* [*ante*] M. — I 20, 2 *civium* E, C: *cum* M. — II 19, 2 *amores* E, C: *amore* M. — III 9, 2 *haec* [*omnia*] *coram agemus* E. ZL²: M² habet *omnia* ante *coram*, M¹ ante *agemus*. — IV 1, 7 *messius qui* E, C: *messa is qui* M (*Messius* et *Messala* margo). — IV 17, 1 *mei* E, C: *tui me* M. — V 1, 3 *ille sic dies* E, C: *ille. Sic die* M¹: *illo. Sic die* M². — VI 1, 14 *sum* ⟨*in*⟩ *magna* E, C: *sum* [*in*] *magna* M. — VI 1, 25 *haec ego* E, W: *hoc ego* M. — VI 1, 25 *mihi obviam venit* E, W: *venit mihi obviam* M. — VI 3, 7 *solus* E, W: *solum* M. — VII 1, 4 *quaero* ⟨*illa ultum*⟩ E: *quaero* ⟨*illa ultima*⟩ C: *quaero* [*illa ultima*] M. — VIII 9, 3 *multo minus crebro* E, C: *multo minus* ⟨*movebant minus*⟩ *crebro* M. — IX 8, 1 *quod* [*modo*] *quaeris* E, C: *quod* ⟨*modo*⟩ *quaeris* M. — IX 8, 1 *aulus* E, C: *Maulus* M¹: *paulus* M². — IX 10, 3 *haec* ⟨*haec*⟩ E, ZB: *haec* [*haec*] M. — IX 10, 3 *sive periculose* E, ZL¹: *sive periculo* M. — IX 11 a, 3 *te precibus* E, Lambinus in margine ed. II: *et precibus* M. — X 4, 5 *nisi dic* E, ZB: *infidie* M¹: *infide* M²: Bosius *nisi pie* coniecit. — X 14, 2 *consulandum* E: *consolandum* C: *consulendum* M. —

*) Iterum dico me res orthographicas non curare.

XII 23, 2 *epicureus* E. C: *Epicurus* M. — XIII 14, 2 *scies ⟨si quid erit⟩ praeterea* E. C. ZB: *scies [si quid erit] praeterea* M. — XIV 12, 2 *peramice* E. C: *amice* M. — XVI 2, 4 *Aeculanum* E. Crat.. Ant.: *Aculanum* M. — XVI 2, 6 *si de* E. Ant., ZB: *sed de* M. — XIV 18, 1 *impudentem* E. ZB: *pudentem* M.

Innumerabilibus denique locis E veram lectionem habet quibus M errat neque de C Z W constat.

I 5, 2 *fuerit* E: *fuerat* M. — I 5, 7 *convenire* E: *conveniri* M. — I 13, 3 *et fert* E: *et fecit* M¹; *et effecit* M². — I 14, 2 *ab se* E: *abs te* M. — I 14, 6 *ceperit* E: *ceperat* M. — I 16, 4 *advocatorum* E: *advocatorem* M. — I 16, 5 *praesidio* E: *prescio* M. — I 16, 8 *in ea* E: *mea* M. — I 16, 8 *Idem inquam* E: *eidem inquam* M. — I 16, 10 *putes inquam* E: *putes quam* M. — I 17, 1 *declarant* E: *declararant* M. — I 17, 2 *aut amor* E: *ut amor* M. — I 17, 6 *quin* E: *qui* M. — I 20, 1 *et ingenii* E: *sed ingenii* M. — I 20, 1 *[et] humaniter* E: *⟨et⟩ humaniter* M. — I 20, 7 *⟨labore⟩ temporis* E: *[labore] temporis* M. — II 1, 1 *⟨me⟩ aliquanto* E: *[me] aliquanto* M. — II 1, 7 *sint* E: *sunt* M. — II 3, 3 *in eo* E: *meo* M. — II 8, 1 *ecquid* E: *et quid* M. — II 9, 3 *malo* E: *malle* M¹; *male* M². — II 10 *simus* E: *sumus* M. — II 10 *ante a tribus* E: *antea tribus* M. — II 11, 1 *diem* E: *die* M. — II 19, 3 *tragedus* E: *tragoediis* M. — II 24, 4 *quam oratio* E: *que oratio* M. — III 8, 1 *esset* E: *est et* M. — III 8, 1 *itinere* E: *itineris* M. — III 15, 7 *quoniamque* E: *quoniam quem* M¹; *quoniam quom* M². — III 19, 1 *sed ad salutem* E: *sed et salutem* M¹; *sed ut saltem* M². — III 23, 5 *quid eum* E: *quidem* M. — IV 1, 3 *difficillime* E: *difficile me* M. — IV 1, 5 *nonꝫ septembrium* E: *nonarum septembres* M. — IV 1, 7 *⟨ad⟩ omnia* E: *[ad] omnia* M. — IV 3, 1 *Avere ⟨te⟩ [certo]* E: *Avere [te] ⟨certo⟩* M. — IV 3, 2 *causam poterat* E: *causam. ⟨Id⟩ poterat* M. — IV 6, 1 *mihi aliquo deorum* E: *mihi aliquid eorum* M¹; *mihi deorum* M². — IV 10, 2 *cum poteris* E: *quo poterit* M. — IV 16, 1 *actio et verbis et re* E: *paccio* (superscr. '*pactio al. actio*') *⟨ratione⟩ et verbis et re* M. — IV 16, 2 *prohemiis* E: *prohemis* M. — IV 16, 7 *munitos* E: *miratos*

M. — IV 18, 2 *fers* E: *ferri* M. — IV 18, 4 *negant* E: *negat* M. — IV 18, 5 *imperata tamen* E: *imperat tamen* M. — IV 18, 5 *ulla* E: *nulla* M. — IV 19, 1 *apulia* E: *apuleia* M. — XIV 1, 1 *istec sic* E: *ista et sic* M[1]; *ista sic* M[2]. — XIV 12, 1 *comitiis* E: *comitis* M. — XIV 13, 1 *certo* E: *certe* M. — XIV 13, 5 *Aquilia* E: *ad quillia* M. — XIV 13a, 3 *meo* E: *in eo* M. — XIV 18, 4 *idibus martis* E: *idus martias* M. — XIV 20, 2 *horribilis* E: *horribilius* M. — XIV 20, 2 *cassij* E: *Cassi* M. — XIV 20, 3 *buthroto* E: *butrotho* M. — XIV 20, 3 *in urbe* E: *in urbem* M. — XV 1b, 2 *in* E: *sine* M. — XV 5, 2 *cur* E: *ut* M. — XV 5, 2 *romam* E: *rome* M. — XV 9, 2 *legatione* E: *legationem* M. — XV 11, 2 *dicere* E: *dicerem* M. — XV 11, 3 *conscientiam meam* E: *conscientia mea* M. — XV 12, 2 *asture* E: *ad sture* M. — XV 14, 2 *cuius* E: *ut tum* M[1]; *ut tuam* et *ut cuius* M[2]. — XV 15, 4 *existimasse* E: *existimasset* M. — XV 27, 1 *expectare* E: *expectarem* M. — XV 27, 2 *a me* E: *ad me* M.

Sed finem faciamus tales locos enumerandi; omnibus enim fere paragraphis inveniuntur neque nostrum esse putamus pluribus lectionibus probare, quod iam nemo negabit, E sui iuris neque ex M ortum esse. Itaque iam in reliquis codicibus tractandis eos locos omittere solemus, quibus et M peccat et C Z W desunt, iis potissimum lectionibus utemur, quae in C Z W inveniuntur.

2) N = codex ex abbatia florentina n. 19, nunc in bibliotheca Laurentiana, membranaceus, XIV saeculo exeunte aut XV ineunte scriptus; latus est 19,5 centimm., altus 27,5. Constat ex tredecim quinionibus (= 130 foll.); cum vero is, qui folia numeravit, errore quodam quadragesimum folium 41 numerarit, 131 folia numero sunt signata. Continet inde a fol. 1a usque ad fol. 15a epp. ad Brutum lib. I, inde a fol. 15a usque ad 41 (vel rectius 40) a epp. ad Qu. fratrem libr. III, inde a fol. 41 (vel 40)b usque ad 130 (131)a epp. ad Atticum I—VII 21, 1 *nec enim conquisitores*. Ita ep. in media pagina desinit. Omnes quas cod. habet epistulae ita numeratae sunt, ut et epp. ad Br. et ad

Qu. fr. et ad Att. eadem numerorum serie comprehendantur; itaque ad Att. VII 21 habet n. 172. Epp. VII 10, 11, 12 desunt atque in margine adscriptum est *hic deficiunt due eple ad athicum,* super *due* est scriptum *tre*, post *athicum* additum est . *f*. 163. 164; itaque cum VII 8 + 9 sit inscripta *ad athicum*. 162, VII 10—15 desint, VII 13 inscripta sit *ad athicum*. 165, ipse ille codex, ex quo N descriptus est, iam omnes epp. uno ordine numeratas videtur habuisse. In fine ep. VII 21 vocabulum quoddam, ut puto, nomen eius, in cuius bibliotheca codex erat, erasum est eiusque loco scriptum *Abbatie Florentinae.*

Maior pars codicis, inde ab ad Br. I 18, 5 *tum vero in tuum* usque ad finem eadem manu exarata est neque alterius manus correcturas habet; prior atque minor pars, ad Br. I 1 usque ad I 18, 5 complures manus prae se fert (nisi forte is qui haec scripsit intemperantia quadam animi usus variis litteris pueriliter usus est) atque compluribus manibus correcta est.

Graeca is, qui posteriorem partem scripsit (ad Br. I 1, 1 quoque *ἐμφατικώτερον dicam valde* desunt), plane nesciebat scribere; itaque Graecorum vocabulorum locis lineas distortas atque puerilem in modum scriptas posuit, ex quibus unum illud videtur intellegi posse, quadratas litteras in eo quem descripsit archetypo fuisse: quamquam ipsum archetypum iam istas distortas lineas habuisse ex H conicere licet. Iisdem vero lineis non numquam scriba usus est, cum aliquid in archetypo obscurum esse videbatur; ut ad Att. I 16, 11 scripsit *multo melius* //// *quam,* quod *nunc* legi non poterat atque obscuram erat.

Neglegentissime omnia sunt scripta, ut non numquam dubium sit utrum maior incuria an imperitia scribae fuerit, nisi forte errores imperitia linguae Latinae orti iam in exemplari quod describebatur inveniebantur: hoc constat, codicem innumerabilibus mendis esse inquinatum.

Nos codicem totum, quem Lagomarsinius*) se contulisse

*) Plurimos codices, qui epistulas ad Atticum continent, Florentinos idem Lagomarsinius se contulisse in fronte librorum adnotat, ut

scribit, contulimus; etsi enim codex plurimis mendis scatet, tamen et gravioribus coniecturis fere liber est et non nullis locis solus veram lectionem servavit.

N non pendere ex M his locis apparet:

I 4, 3 *est* ⟨*insigne*⟩ N, ZB: *est* [*insigne*] M. — I 5, 2 *fuerit* N: *fuerat* M. — I 16, 13 *tribulibus* N, C: *tribubus* M. — I 17, 7 ⟨*ante*⟩ N, C: [*ante*] M. — I 20, 1 [*et*] *humaniter* N: ⟨*et*⟩ *humaniter* M. — II 1, 2 *scripsit* N, C: *rescripsit* M. — II 7, 2 *resalutare* N, C: *salutare* M. — IV 1, 4 ⟨*cum brundusii essem*⟩ N, ZL[1]: [*cum brundusii essem*] M. — IV 3, 5 *si se uti turbe iam obtulerit* N, C, ZB: *si sentitur veiam obtulerit* M. — IV 5, 2 *Avercio emisse* N: *a Vettio me emisse* ZB: *aut etiam emisse* M. — IV 8a, 2 *postquam sit tibi libros* N: *postquam sit tibae libros* ZL[1]: *postquam misit libros* M. — IV 8b, 1 *modo* ⟨*tibi*⟩ *est* N, ZB: *modo* [*tibi*] *est* M. — IV 13, 1 *scribas* N, C: *rescribas* M. — IV 17, 2 *quidem fuisset* N, Ant.: *quidem adfuisset* M. — IV 17, 4 *libere* N, C: *liber* M. — IV 18, 5 ⟨*est*⟩ *britania* N: ⟨*e*⟩ *Britannia* Ant.: [*e*] *britania* M. — V 1, 2 *nominum* N, C: *omnium* M. — V 2, 2 *laudari* N, C: *audiri* M. — V 4, 1 *illud quod labat* N, ZB: *illud* [*quod labat*] M: *illud* ⟨*quidem labat*⟩ margo M. — V 13, 3 *maximoque si quid* N: *maximeque si quid* C: *maxime queso quid* M. — V 21, 4 *ad me esse* N, C: *ad me fore* M. — V 21, 5 *recta* N, C, ZL[1]: *certa* M. — VI 1, 1 *Cibis tris te* N: *Cybistris te* C: *cybitriste* M. — VI 1, 14 *sum* ⟨*in*⟩ N, C: *sum* [*in*] M. — VI 1, 17 *subscripcione effricani ymaginem* N: *subscriptione Africani imaginem* W: *subscriptione ne affricanum agmen* M. — VI 1, 19 *habeo* N: *haveo* (corr. ex *heveo*) W: *ab eo* M. — VI 1, 22 *daturum* ⟨*dies*⟩ N, W: *daturum* [*dies*] M. — VI 1, 23 *eius status* N, W: *status eius* M. — VI 1, 25 *hec ego* N: *haec ego* W: *hoc ego* M. — VI 1, 25 *mihi obviam venit* N, W: *venit mihi obviam* M. — VI 2, 7 ⟨*triduum*⟩ N, C: [*triduum*] M. — VI 3, 6 *aliquid beneficii* N, W: *beneficii ali-*

Laurentianum plut. XXXXIX n. 19, n. 22, n. 23, plut. XXIII sin. n. 2. Riccard. n. 500.

quid M. — VI 3, 8 *idem illud* N, W: *illud idem* M. — VI 3, 9 *ne quid eum* N, W: *ne quidem eum* M. — VII 2, 3 *velles ⟨si⟩ a me* N: *velles ⟨se⟩ a me* Cratander et Ant.: *velles [se] a me* M. — VII 5, 1 *valitudine* N, C: *Invaletudine* M. — VII 18, 1 *turpi . . . misero* N, ZL², ZB: *turpe . . . misere* M. — VII 18, 3 ⟨*scio*⟩ N, C, ZL¹: [*scio*] M. — VII 15, 1 *licet* N, codices Malaspinae: *liceret* M.

3) H = cod. Landianus n. 8 in bibliotheca Placentina, quae inscribitur bibliotheca Landi-Passerini, membranaceus, ineunte saeculo XV aut exeunte XIV exaratus nitidis litteris in usum nobilis alicuius viri; latus est 18, altus 26 centimm.; constat ex 119 foliis non numeratis, i. e. ex duodecim quinionibus, ex quibus ultimum folium desectum est.

Continet inde a fol. 1a usque ad fol. 14b lib. I ad Brutum, inde a fol. 14b usque ad fol. 46a epp. ad Quintum fratrem libr. III, inde a fol. 46a usque ad fol. 48a ep. ad Octavianum, inde a fol. 48a usque ad fol 116a epp. ad Atticum I—VII 22, 2, fol. 116b Caesaris ep. ad Ciceronem, quae est ad Atticum X 8b, inscripta *Caesar Imperator s. d. Ciceroni.* Subiectae sunt inde a fol. 116b usque ad fol. 118b orationes quaedam e Graeco in Latinum sermonem versae. Media pars fol. 118b, totum fol. 119 vacua relicta sunt.

Libri non sunt distincti, subscriptiones desunt; in fol. tamen 116a subscriptum est *Marci Tullij Ciceronis Epistolarum liber ad Atticum. Explicit.* Epistulae etiam ipsae inscriptionibus fere carent; sed ad Att. I 1 *Cicero Attico salutem* in ipso textu positum est.

Graeca omnia sunt omissa, sed plerumque ita ut vacuum spatium relictum sit; eodem modo numeri saepius omittuntur, ut ad Att. I 6, 1; 8, 2, quibus locis N quoque suas distortas lineas habet. Duo fortasse homines totum codicem scripserunt, ex quibus alter priorem partem usque ad ad Att. VI 1, 6 *decederent,* alter posteriorem confecit.

Multa sunt omissa, ut ad Att. II 3, 2 *Fenestrarum angustias* usque ad II 3, 3 *in libro tertio,* II 6, 2 *sed mihi crede* usque ad *sed ut ad rem*, II 7, 2 *nam mira sum* usque ad

egregium. Hercule, III 15, 4 *tamquam ipse ego* usque ad III 15, 7 *ut praesto esses,* III 23, 2 *tribunorum pl.* usque ad III 23, 4 *ero contentus,* III 24, 1 *nam si tribuni pl.* usque ad III 24, 2 *tribunos pl. amiserimus;* neque iis locis ista verba omissa esse indicatur.

Epp. ad Atticum omnes, quae in codice sunt, contulimus, ex epp. ad Qu. fr. eos locos, quos E omittit; praeterea ex epp. ad Br., ad Oct., ad Qu. fr. non nullos locos inspeximus.

H sui esse iuris neque ex M pendere his lectionibus apparet:

I 1, 3 *et is* H: *eius* M. — I 17, 7 ⟨*ante*⟩ H, C: [*ante*] M. — I 20, 2 *civium* H, C: *cum* M. — II 1, 1 ⟨*me*⟩ H: [*me*] M. — II 1, 4 *quod te* H, codd. Malaspinae: *quo te* M. — II 6, 1 *duum virum* H: *diu nimirum* M. — II 12, 1 *plebeium* H, ZB: *tr. plebium* M¹: *tr. plebi* M². — II 18, 2 *Hac tamen in* H, Bosius: *ac* (corr. in *at*) *tamen in* M. — III 8, 2 *conturbor* H: *conturber* M. — III 14, 2 *veni* H, ZB: *ii* M. — IV 3, 6 *comminuti* H: *comuniti* M. — IV 7, 1 *dii irati* H: *durati* M. — IV 12 *Antij* H, duo codd. Malaspinae: *ante* M. — IV 15, 2 *a tot tuis* H: *a totius* M¹: *a totis tuis* M². — IV 19, 1 *te Apulia* H: *te apuleia* M. — V 5, 1 *vennsia mane* H: *venusse iam mane* M¹: *Venusiam mane rem* M². — V 6, 1 *duxi* [*expectare*] *dies* H: *duxi* ⟨*expectare*⟩ *dies* M. — V 9, 1 *tu me* H: *tum* M. — V 19, 1 *Atiliano* H: *atelliano* M. — V 21, 5 *recta* H, C, ZL¹: *certa* M. — V 21, 7 *rogabitur* H: *erogabitur* Ant.: *erogabatur* M. — VI 1, 14 ⟨*in*⟩ *magna* H, C: [*in*] *magna* M. — VI 1, 22 *daturum* ⟨*dies*⟩ H, W: *daturum* [*dies*] M. — VI 1, 25 *mihi obviam venit* H, W: *venit mihi obviam* M. — VI 3, 7 *solus* H, W: *solum* M. — VI 3, 8 *idem illud* H, W: *illud idem* M. — VII 7, 5 *qui id* H, C: *quid id* M¹: *quod* M². — VII 11, 1 *istiusmodi* H, Cratander: *illiusmodi* M, C. — VII 12, 6 *tuto* H: *tuo* M. — VII 15, 1 *licet* H, codd. Malaspinae: *liceret* M. — VII 18, 1 *quo ad* H: quod M.

Haud paucis locis H lectiones interpolatas habet: I 15, 1 *suscepimus* [Graeca desunt, sed est vacuum spatium relictum]

effice curaque ut. — I 16, 1 *ita me dii* ⟨*ament*⟩ *iuvent.* — I 19, 10 *barbara quaedam et aboleta dispersisse.* — II 7, 1 *scribere quia obscuram alteram* ⟨*quia*⟩ *ne laudarem.* — II 15, 3 *nescit omnino te* [*communem*] *causam* ⟨*publicam*⟩ *defendere.* — II 19, 2 *modestos homines sibi laudare docuerunt.* — II 21, 1 *De* ⟨*tota*⟩ *re. p. quid ego tibi.* — II 22, 1 *id acturus videtur quom* ⟨*autem*⟩ *videt.* — II 24, 3 *ut appareret nocturae et nocturnalibus deprecationem.* — II 24, 4 *sed prorsus victa et decreta sunt omnia omnium.* — II 25, 2 *ut spero tecum brevi.* — III 1, 1 *profecti essemus sine periculo Epirrum.*

II esse gemellum codicis N infra in capite VII probabimus.

4) O = cod. Taurinensis I. V. 34 (olim CMXVI h. I. 2); qui est in bibliotheca universitatis Augustae Taurinorum, membranaceus, ineunte XV saeculo scriptus; latus est 17, altus 25 centimm., habet folia 358 numerata, accedunt 3 non numerata, constat ex 7 quinionibus (= 70 foll.), 1 ternione, cuius quartum folium exsectum neque numeratum est (= 5 foll.), 4 quinionibus (= 40 foll.), 1 quaternione (= 8 foll.), 7 quinionibus (= 70 foll.), 1 quinione, ex quo folium quod est inter 202 et 203 fol. is qui numeros posuit neglexit neque numeravit (= 10 foll.), 15 quinionibus (= 150 foll.); denique accedunt novem folia adligata. Propter errorem inter fol. 202 et 203 commissum folium id, quod est 358 numeratum, est re vera 359.

Continet inde a fol. 1a usque ad fol. 8b vitam Pomponii Attici ex Cornelii Nepotis historiis sumptam, fol. 9 et 10 sunt vacua relicta, inde a fol. 11a usque ad fol. 28a lib. I ad Brutum (inscriptio libri deest), inde a fol. 28a usque ad fol. 70b libr. III ad Quintum fratrem, inde a fol. 70b usque ad fol. 73a ep. ad Octavianum, inde a fol. 74a usque ad fol. 357a libr. XVI ad Atticum, inde a fol. 357 (358)a usque ad fol. 358a non nullas epp. suo loco omissas atque ab ipso scriba subiectas.

Totus codex eadem manu exaratus est; sed ea quae m^1 scripsit innumerabilibus locis aut correcta aut corrupta sunt compluribus manibus vel ita ut posterior lectio in margine

adiciatur vel supra m^1, quae lectio non semper expungitur, ponatur, vel ut erasae prioris lectionis loco ponatur, vel ut vocabula litteraeve quae supervacaneae esse videbantur expungantur. Nos, cum eaedem manus pristinum textum et correxerint et, id quod persaepe accidit, corruperint, cumque maxime intersit scire quid m^1 scripserit, varias autem manus distinguere tanti temporis sit, quantum nobis non suppetiit, conferendo m^1 et m^2 distinximus, iterum conferendo, si opus erit, omnes manus distinguemus. Prima manus quid scripserit intellegere, id quod maxime interest, facile est, ubicumque lineis transversis vel punctis deletur, difficile, immo difficillimum est, ubicumque pristina vocabula erasa sunt. Id, quantum potuimus, fecimus; nam cum non pauca vocabula ita erasa sint, ut omnino quid initio in textu fuerit dignoscere non liceat, quaedam vocabula levius erasa sunt, ut aut tota legi possint aut non nullas litteras agnoscere liceat, ut *e* et *r* in fine vocc., *ct*, *ſ* (= *s*), *l*, *q*, *g*: ubi enim vocabulum erasum est, quod in *e* aut *r* desinit, extrema linea earum litterarum exstat; ~ saepe restat neque aliis litteris atque *ct* tribui potest; *ſ* et *l*, cum superior pars litterarum restat, facile dignoscuntur, neque minus facile *g* et *q*, cum inferior pars exstat. Incertiores atque infirmiores istae reliquiae ei videbuntur, qui in isto codice legendo versatus non erit; idem ubi diutius eum tractaverit, multis locis recte me legisse vel ex istis reliquiis conclusisse inveniet. Causa vero totius damni atque plurimarum corruptelarum videtur fuisse *t* = cod. D. II. 11 (olim h. I. 1), qui est in eadem bibliotheca, aut ipse aut eius parens: quem nos multis locis inspeximus, quod saepe cum O^2 consentit, neque vero contulimus aut qui conferatur dignum putamus, quod etsi a M non pendet tamen incredibiliter corruptus est.

Graeca vocabula post textum latinum confectum inserta sunt atque tribus quidem manibus; prima rigidis litteris quadratis utitur atque raro invenitur; altera maiusculas litteras rotundas atque ut ita dicam semiunciales scribit atque pleraque posuit usque ad ad Att. V 14, 1, post hunc locum rarius re-

peritur; tertia pleraque Graeca inde ab hoc loco confecit, eademque ut videtur recentissima ex t vel eius parente textum Latinum corrupit: itaque in Graecis vocabulis recensendis m[1] et m[2] magna sunt auctoritate, m[3] parva aut nulla.

Codicem totum nos contulimus; qui quanti sit aestimandus, ex his locis apparet:

I 20, 2 *civium* O*), C: *cum* M. — II 7, 2 *resalutare* O, C: *salutare* M. — IV 1, 4 ⟨*quom brundusii essem*⟩ O, ZL[1]: [*quom brundusii essem*] M. — IV 8 b. 1 *modo* ⟨*tibi*⟩ *est* O, ZB: *modo* [*tibi*] *est* M. — IV 11, 2 *eduxi* O, C: *duxi* M. — IV 12 *esse* ⟨*idibus*⟩ O, ZL[1]: *esse* [*idibus*] M. — IV 17, 4 *libere* O, C: *liber* M. — V 2, 2 *laudari* O, C: *audiri* M. — VI 1, 13 *silium* O, C: *silvium* M. — VI 1, 14 *sum* ⟨*in*⟩ *magna* O, C: *sum* [*in*] *magna* M. — VI 1, 17 *turma inauratarum* O, C, W: *turmam auratarum* M. — VI 1, 22 *daturum* ⟨*dies*⟩ O, W: *daturum* [*dies*] M. — VI 1, 23 *eius status* O, W: *status eius* M. — VI 1, 23 ⟨*in*⟩ *quibus* O, W, duo codd. Mal.: [*in*] *quibus* M. — VI 1, 25 *hec ego* O, W: *hoc ego* M. — VI 1, 25 *mihi obviam venit* O, W: *venit mihi obviam* M. — VI 2, 7 ⟨*triduum*⟩ O, C: [*triduum*] M. — VI 3, 8 *idem illud* O, W: *illud dem* M. — VII 18, 3 ⟨*scio*⟩ O, C, ZL[1]: [*scio*] M. — IX 10, 3 *haec* ⟨*haec*⟩ O, ZB: *haec* [*haec*] M. — IX 10, 3 *sive periculose* O, ZL[1]: *sive periculo* M. — IX 15, 4 *ad te* ⟨*ante*⟩ O, ZB: *ad te* [*ante*] M. — X 4, 5 *nisi die* O, ZB: *infidie* M[1]: *infide* M[2]. — X 14, 2 *consulandum* O: *consolandum* C: *consulendum* M. — XI 15, 4 *esse* ⟨*malle*⟩ O, Cratander primus: *esse* [*malle*] M. — XII 5, 1 *et statio* O, C: *testario* M. — XII 13, 1 *ille* ⟨*idem*⟩ O, Cratander: *ille* [*idem*] M. — XII 23, 3 *etiam* ⟨*quam*⟩ *satis* O, C, ZB: *etiam* [*quam*] *satis* M. — XII 32, 1 *ipsius esse* O: *esse ipsius* ZB: *illius esse* M. — XII 37, 1 *accepi* O, C, ZL[1]: *recepi* M. — XIII 3, 1 *gererem* ⟨*nihil gererem*⟩ O, ZL[2], ZB: *gererem* [*nihil gererem*] M. — XIII 7, 2 *iussi* O, C, ZL[1]: *nisi* M. — XIII 9, 1 ⟨*dolobella . . . . diligentissime que*⟩ O, Iens.: [*dolobella .... diligentissime que*] M. —

*) Omnibus his locis m[2] quid mutaverit non interest scire.

XIII 10, 3 *si quid* ⟨*egerit*⟩ O, ZL^{2}: *si quid* [*egerit*] M. — XIII 14, 2 ⟨*si quid erit*⟩ O, C, ZB: [*si quid erit*] M. — XIII 20, 2 ⟨*ad ligarianam*⟩ O, C, ZB: [*ad ligarianam*] M. — XIII 23, 3 *et ita cum polla* O, vetus codex in ed. Lambini posteriore: *excita compella* M. — XIII 25, 2 *Bruto ita volui* O, Cratander: *ita volui Bruto* M. — XIII 27, 1 ⟨*de*⟩ *epistolā* (sed ‾ super *a* fortasse m^{2} additum): *de epistola* Cratander: [*de*] *Epistolam* M. — XIII 38, 2 *putato* O, C: *puto* M. — XIII 43 et 44, 1 (uno tenore epistulae scriptae sunt) *biduo posco suavis* O: *biduo post suavis* M: *biduo post* ⟨*o*⟩ *suavis* C. F. W. Muellerus coniecit. — XIII 45, 1 *bebio* O, Cratander: *babio* M. — XIII 45, 3 *praedia* O, C: *prandia* M. — XIV 5, 1 *ab alneatore* O: *a balneatore* C: *a baleatore* M. — XIV 12, 2 *peramice* O, C: *amice* M. — XIV 18, 1 *impudentem* O, ZB: *pudentem* M. — XIV 18, 2 *erotem* O, C: *errorem* M. — XV 3, 1 *accep* ⟨*nati*⟩ O, ZL^{2}, ZB: *accepi* [*nati*] M. — XV 21, 1 *et quem* O: *ecquem* ZB: *quem* M. — XV 26, 2 *epistolae* ⟨*est*⟩ O, ZB, Ant.: *epistolae* [*est*] M. — XV 26, 2 ⟨*ad te*⟩ *tusculano* O: ⟨*ad te e*⟩ *Tusculano* ZB: *a Tusculano* M. — XV 27, 3 *suspicabor* O, Ant., ZB: *suspicor* M. — XVI 2, 5 *ebutio* O: *Aebutio* ZB: *enictio* M. — XVI 5, 3 *ante* ⟨*quam*⟩ O, C: *ante* [*quam*] M. — XVI 7, 6 *nisi ut* O, ZB: *nisi quod* M.

Non nullis locis ex iis, quos supra posui, m^{2} ea quae O^{1} scripsit corrupit, sed ita, ut nulla dubitatio sit de O^{1}; ex iis qui sequuntur apparet et plurimis locis O^{1} corruptum esse, ut paucae litterae legi possint ex veteribus lectionibus, et saepissime O^{2} cum ι consentire.

II 1, 11 *++nsu* O^{1}*): *censu* ZB: *accessu* O^{2}, M^{2}. — II 9, 2 *peccavit* O^{1}: *pacavit* O^{2}, M. — II 16, 1 *primo* O^{1}, C, M^{1}: *primum* O^{2}, M^{2}. — II 18, 1 *scire haberes* O^{1}: *fore haberes* O^{2}. — II 18, 2 *l+++e* O^{1}: *laute* C, M^{2}, ZB: *recte* O^{2}, M^{1}. — II 19, 1 *imperium ac mitto* O^{1}: *imperium omitto* O^{2}. — III 8, 1

*) Litterae plane erasae loco + posuimus, ubi littera erasa quae fuerit paulo incertius est, ? supra eam posuimus.

itinere O^1: *itineris* O^2, M. — III 17, 3 *cavere* O^1: *cave vereri* ZL^2: *cave [vereri]* O^2, M. — IV 5, 2 *fuerat a++ct++* O^1: *fuerat a Vettio* ZB: *fuerat aut etiam* O^2, M. — IV 12 *viduum* O^1: *viduum* ZL^2: *iduum* O^2, M. — IV 18, 2 *posse disrumpuntur* O^1: *possedi rumpuntur* O^2, M. — IV 18, 5 *imperata tamen* O^1: *imperat tamen* O^2, M. — V 10, 5 *dies s+++l +++++ct++ves tu quom primum* O^1: *dies eramus iuncti. Cum primum* O^2, t. — V 11, 6 *mihi hister* O^1: *mihi his ter* O^2, t, M. — V 12, 1 *++cu+deinde g++*∓ O^1: *vicum deinde gyarum* O^2, t, M. — V 12. 2 *helonius* O^1: *helenius* O^2, t. — V 13, 1 *pugnam bovillam* O^1: *pugnam ambo villam* O^2, t, M. — V 14. 1 *adierebantur* O^1: *adierabantur* M: *adiiciebantur* O^2, t. — V 14, 1 *otium* O^1, M^2: *otii in* O^2, t, M^1. — V 20, 4 *dentonem* O^1: *deutonem* O^2, t. — V 21, 12 *anotocismo* O^1: *metocismo* O^2, t. — VI 1, 3 *per bono* O^1: *pro bono* O^2, t: *perbono* M. — VI 1, 3 *ii sum* O^1: *usum* O^2, t, M. — VI 1, 6 *quo die* O^1, M: *quottidie* O^2, t. — VI 1, 9 *cognosse* O^1, M: *cognovisse* O^2, t. — VI 1, 20 *sed ista* O^1, M, W: *si ista* O^2, t. — VI 9, 1 *tum te* O^1, M: *tamen te* O^2, t. — VII 1, 5 *sententiam meam* O^1, M: *sententiam suam* O^2, t. — VII 1, 5 *si hoc* O^1, M: *si hec* O^2, t (sed t *haec*). — VII 1, 8 *eos et ego etiam antea scripsi et iam ad ipsum hirrum* O^1: *eos ego etiam scripsi ad ipsum hirrum* O^2, t. — VII 2, 1 *anche+mitis* O^1: *anches mitis* O^2, M. — VII 3, 1 *aeculanum* O^1: *Eculanum* M: *aesculanum* O^2, t. — VII 3, 12 *aperierimus* O^1, M: *aperuerimus* O^2, t. — VII 4, 1 *frugi* O^1, M: *fingi* O^2. t. — VII 4, 2 *monere ne* O^1, M: *monere me ne* O^2, t. — VII 18, 3 *nimis* O^1, M^2: *minus* O^2, t, M^1. — VII 19 *dederim* O^1, M^1: *dedi* O^2, t, M^2. — VIII 5. 1 *pollicem* O^1, M: *pollitem* O^2, t. — VIII 11. 1 *consten+ consilia a++* O^1: *constent consilia aut* C: *constitit consilium ut* O^2, t. — VIII 14, 1 *requiesco paulum in* O^1, M: *requiesco paululum in* O^2. — IX 7b, 2 *certo scio* O^1: *certe scio* O^2, t, M. — IX 9. 4 *enim de quoto* O^1: *eum de quoto* O^2, M. — IX 10, 3 *crude-*

?
liora O^1, C: *crudelior* O^2, t, M. — IX 10, 6 *sillaturi* O^1: *sullaturit* Quintilianus: *si illaturi* O^2, t, M. — IX 13, 2 *quicquam* O^1, M^1: *quicquam* delevit O^2, omisit t, M^2. — IX 15, 3 *men-*
?
tem venit O^1: *mentem enim venit* O^2, t, M. — IX 15, 6 *s+dvola* O^1: *sedulo* editio Cratandrina: *scaevola* O^2, M. — X 1, 2 *lon-*
??
ginquum O^1: *longum cum* O^2, t, M. — X 5, 3 *et instomacho si vis* O^1: *et istomacho si vis* C: *et isto madio si vis* O^2, M. —
?
X 8, 2 *nostras* O^1: *nostrae* O^2, M. — X 8, 5 *verens* O^1, M^1: *vereris* O^2, t, M^2. — X 15, 3 *succensere* O^1: *succenseri* O^2: *suscenseri* M. — XI 2, 1 *multis meis* O^1, C: *multissimis*
?? ??
O^2, M. — XI 9, 2 *cessi in iis* O^1: *cessim his* W, ZB: *cessimus* O^2, M. — XI 23, 1 *aliter* ⟨*est*⟩ O^1, W: *aliter* [*est*] O^2, M. — XI 25, 3 *scripsi* O^1, ZB: *scripsit* O^2, M. — XII 18 a, 2 *quia* O^1:
?
qua O^2, M. — XII 27, 1 *coctae* O^1: *Cottae* C, ZB: *certae* O^2: *certe* M. — XII 27, 2 *num+orum* O^1: *unam moram* O^2: *unum morum* M. — XII 28, 1 *eius* O^1, Lambinus: *tuis* O^2, M. — XII 28, 1 *nihil est +++gitur* O^1: *nihil est tu igitur* C: *nihil estinguitur* O^2: *nihil extinguitur* M. — XII 29, 2 *sint igitur auctores* O^1: *sintne igitur auctores* C: *sin igitur auctor es*
?
O^2, t. — XII 36, 1 *sin τibi* O^1: *sint ibi* O^2, t, M. — XII 38, 4 *ortis* O^1: *ortu* O^2: *hortu* M. — XII 42, 1 *est aut* O^1: *exstant* O^2: *estant* M. — XIII 12, 4 *orotem* O^1, M: *oro te*
?
O^2. — XIII 20, 4 *ago s++li+*§ O^1: *agnosci licet* O^2, M. — XIII 21, 1 *alia* O^1, vet. cod. in margine ed. Lamb. post.: *alias* O^2, M. — XIII 22, 3 *videbitur* O^1: *iubetur* O^2, t: *vibetur*
??
M. — XIII 24 *c+rcy+e* O^1: *currere* O^2, M. — XIII 26, 2 *lanivo* O^1: *lanio* O^2, t, M. — XIII 33, 3 *cadet* O^1, ZL^2: *eadem* O^2: *ea de* M. — XIII 37, 4 *possem diem differre* O^1: *posse diem differri* ZL^1: *possem in diem diem differri* O^2: *posse in diem diem differri* M. — XV 13, 2 *leg++nes* O^1: *legiones* C: *legationes* O^2, M. — XV 17, 2 *des +d est* O^1: *id est* C: *desit*

est O², M. — XV 29, 1 *di fax++τ* O¹: *diffuse fuit* O²: *diffuse sint* M. — XVI 7, 2 *acta sunt* O¹: *occasum* O². M²: *accasum* M¹. — XVI 16b, 8 *consulum* O¹: *consules* O², M. — XV 28 *transferas* O¹: *transferes* O²: *transferens* M. — XV 28 *a+stulisse* O¹: *attulisse* O², M. — XV 29, 1 *quidem do+++ sed* O¹: *quidem domum sed* M: *quidem dotermi sed* O², t. — XVI 2, 4 *furo illa* O¹: *furo illa* M: *furia illa* O². — XVI 3, 1 *tiburi* O¹: *tibi iri* O², M. — XVI 3, 6 *decem scalmis* O¹, C: *decem scalmi* O², M. — XVI 4, 2 *fere de se++to* O¹: *fere de sexto* M: *fere de sestio* O². — XVI 4, 4 *et estis* O¹: *etesiis* Corradus et ZL¹: *et testis* O², M. — XVI 5, 2 *perspexisses* O¹; *perspecxisses* M: *prospexisses* O², t. — XVI 5, 3 *staberunt* O¹: *si aberunt* M: *scaberunt* O², t. — XVI 7, 7 *redit* O¹, M: *redii* O², t. — XVI 13 c, 2 *cohortatio* O¹, M: *adhortatio* O². — XVI 14, 4 *explicatorem* O¹, C. M: *explicaturum* O², t. — XVI 15, 3 *stratyllax* O¹: *σιραινλλαξ* Bosius: *stratillax* O². M. — XVI 15, 3 *gradus sed* (vel *gradiis sed*) O¹; *gradus sed* M: *gradatus sed* O²: *degradatus sed* t. — XVI 16a, 5 *ut in alium agrum* O¹, M²: [*ut*] *in alium agrum* M¹: *ne in alium agrum* O², t.

5) P = cod. Parisinus, olim in bibliotheca regia, nunc in bibliotheca nationali, Lat. 8536, membranaceus, ineunte saeculo XV scriptus, latus 22,5, altus 32,5 centimm. Constat ex sex et viginti quaterniobus = 208 foliis. Folia sunt numerata bis; prior enim manus numeros 88 et 183 neglexit, itaque 210 folia numeravit; altera eaque recentissima manus errorem correxit.

Continet inde a fol. 1a usque ad fol. 26a epp. ad Quintum fratrem libros III, inde a fol. 26a usque ad fol. 195b epp. ad Atticum libros XVI, inde a fol. 196a usque ad fol. 207a epp. ad Brutum librum I, inde a fol. 207a usque ad fol. 208b ep. ad Octavianum.

Epistulae ad Qu. fr. et ad Atticum inscriptionibus carent atque rubro atramento ita numeratae sunt, ut et nu-

merus et liber inscriptionis loco ponantur; itaque ad Att. I 4 (nam I 1—3 uno tenore scriptae sunt) inscribitur *M T. C. ad At. Epistola 2ª. libri. 1.*, sequitur *M. T C. ad At. Epistola IIIª. pri. li.*, *.M. T. C. ad At. Epistola IIIIª. libri. 1. . . .* Epp. ad Qu. fr., etsi libri distinguuntur, omnes eodem numerorum ordine comprehenduntur atque epp. libri II ad epp. libri I, epp. libri III ad epp. libri I et II adduntur.

Totus codex eadem manu exaratus est, eademque manus Graeca non post inseruit, sed in ipso textu scribendo depinxit quadratis litteris atque ita ut eum qui scripsit Graecae linguae imperitum fuisse appareat; itaque multis locis obscurum est, non quid ille homo legerit, sed quid depinxerit, neque facile *Π* et *T I*, *X* et *Λ*, *Λ* et *Δ* et *Δ*, ξ et ζ, *Γ* et *T*, *H* et *N* distinguuntur.

Contulimus ad Att. I—VII 20, inde ab VII 21 eos locos, quibus *E* deficit, librum I ad Br., ep. ad Oct.; ex epp. ad Qu. fr. non nullos locos inspeximus.

P non esse descriptum de M hae lectiones demonstrant:

I 20, 2 *civium* P, C: *cum* M. — II 7, 2 *resalutare* P, C: *salutare* M. — IV 1, 4 ⟨*cum brundusii essem*⟩ P, ZL[1]: [*cum Brundisii essem*] M. — IV 5, 2 *a Vectio emisse* P: *a Vettio me emisse* ZB: *aut etiam emisse* M. — IV 8 a, 2 *posteaquam sit tibi libros* P: *postquam sit tibae libros* ZL[1]: *postquam misit libros* M. — IV 8 b, 2 *ab hisdem* P: *ab iisdem* C: *dabis dein* M. — IV 11, 2 *eduxi* P, C: *duxi* M. — IV 12 ⟨*idibus*⟩ P, ZL[1]: [*idibus*] M. — IV 17, 1 *mei* P, C: *tui me* M. — V 1, 2 *nominum* P, C: *omnium* M. — V 1, 3 *sumptus* P, C: *sumpta* M. — V 2, 2 *laudari* P, C: *audiri* M. — V 21, 5 *recta* P, C, ZL[1]: *certa* M. — VI 1, 14 *sum* ⟨*in*⟩ *magna* P, C: *sum* [*in*] *magna* M. — VI 1, 17 *turma inauratarum* P, C, W: *turmam auratarum* M. — VI 1, 23 *qui sit* P, W: *quis sit* M. — VI 1, 23 *eius status* P, W: *status eius* M. — VI 1, 23 ⟨*in*⟩ *quibus* P, W, duo codd. Malaspinae: [*in*] *quibus* M. — VI 1, 25 *mihi obviam venit* P, W: *venit mihi obviam* M. — VI 3, 8 *idem*

illud P, W: *illud idem* M. — VI 4, 1 *reliquos* P, W: *aliquos* M. — VII 1, 4 *quaero* ⟨*illa ultum*⟩ *si* P: *illa ultima* C: *quaero* [*illa ultima*] *si* M. — VII 5, 1 *valitudine* P, C: *Invaletudine* M. — VII 18, 1 *turpi . . . misero* P, ZL^2, ZB: *turpe . . . misere* M. — VII 18, 3 ⟨*scio*⟩ P, C, ZL^1: [*scio*] M. — VII 25 ⟨*o*⟩ P, Ant.: [*o*] M. – XI 23, 1 *aliter est et* P, W: *aliter et* M. — XII 5, 1 *et statio* P, C: *testario* M. — XII 5, 3 *censorino* ⟨*ne*⟩ P, ZB: *Censorino* [*ne*] M. — XII 12, 1 ⟨*Sed vereor ne minorem TIMHN*⟩ P, Cratandrina ed. prima: [*sed v. n. m. τιμήν*] M. — XII 27, 1 *cocte* P: *Cottae* C, ZB: *certe* M. — XIII 3, 1 *gererem* ⟨*nihil gererem*⟩ P, ZL^2, ZB: *gererem* [*nihil gererem*] M. — XIII 7, 2 *iussi* P, C, ZL^1: *nisi* M. — XIII 20, 2 ⟨*ad ligarianam*⟩ P, C, ZB: [*ad Ligarianam*] M. — XIII 20, 4 *ago scilicet* P, C: *agnosci licet* M. — XIII 23, 3 *et ita cum polla* P, vetus codex in margine ed. Lambinianae post.: *excita compella* M. — XIII 44, 1 *cocta* P: *Cotta* C: *tota* M. — XIII 45, 3 *predia* P, C: *prandia* M. — XIV 2, 3 *obscure* P, C: *obsecro* M. — XV 3, 1 *accepi* ⟨*nacti*⟩ P: *accepi* ⟨*nati*⟩ ZL^2, ZB: *accepi* [*nati*] M. — XV 21, 1 *et quem* P: *ecquem* ZB: *quem* M. — XV 27, 3 *suspicabor* P, ZB, Ant.: *suspicor* M. — XVI 5. 5 *et quidem* P: *equidem* M.

6) R = cod. Parisinus, olim in bibliotheca regia, nunc in bibliotheca nationali, Lat. 8538, membranaceus, latus 24, altus 34 centimm. Quo tempore scriptus sit, ex iis apparet, quae scriba in fine codicis posuit: *Marci Tullij Ciceronis ad acticum et ad quosdam alios liber sextus decimus et ultimus hic | explicit scriptus per frēm Bn̄dc̄um de Utino ord'is S'vorum sc̄e* [e] *M. Anno dm̄. 1419. die.* XX[a]. *octob'r.* Constat ex 129 foliis numeratis = 13 quinionibus, ex quibus quinti quinionis folium septimum exsectum neque numeratum est. Fuisse cod. olim in aliqua Italiae bibliotheca ex iis colligere licet, quae in eo folio quod colligandi causa ante textum insertum est, scripta sunt: *M. T. C. Epistolarum ad Atticum libri sexdecim No. 74 della 24 cassa.* In primo folio ipsius textus supra scriptum est CCCCXXIX et 456, paulo infra 5061, denique in inferiore margine 8538.

Continet inde a fol. 1a usque ad fol. 8a epp. ad Brutum librum I, inde a fol 8a usque ad fol. 24a epp. ad Quintum fratrem libros III, inde a fol. 24a usque ad fol. 25a ep. ad Octavianum, inde a fol. 25a usque ad fol. 129a epp. ad Atticum libros XVI.

Codex, qui est totus eadem manu exaratus, plane gemellus est codicis P*); itaque R quoque in epp. ad Qu. fr. et in epp. ad Atticum inscriptionibus singularum epp. caret atque epp. numeratas habet.

Fol. 69b, quod est extremum fol. septimi quinionis, desinit in ea verba quae leguntur ad Att. VIII 3, 3 *etiam tercio consulatu*; inde ab eo qui sequitur quinione octavo, id est a fol. 70a, is qui cod. scripsit, denuo omnes epp. inde ab ad Att. VI 3, 7 *eum solus* describere incipit; itaque cum epp. inde ab VI 3, 7 usque ad VIII 3, 3 bis scripta sint, prius exemplum R, posterius r nominabimus; ex discrepantia lectionum R et r apparet, quanta neglegentia codex scriptus sit.

Is qui cod. exaravit in ipso exarando Graeca vocabula quadratis litteris scripsit neque vero Graecae linguae peritior fuit quam is, qui P scripsit; itaque *C I* et *Π*, *Α* et *Λ* et *Δ*, *Γ* et *T*, *H* et *N* non facile distinguuntur.

Contulimus ad Att. VII 21 usque ad finem, pleraque Graeca vocabula quae sunt inde ab ad Att. I 1 usque ad VII 20.

R esse sui iuris neque ex M pendere hi loci ostendunt:

VIII 5, 1 *ad te ⟨dyonisio⟩ dedissem* R: *ad te ⟨de Dionysio⟩ dedissem* ZB: *ad te dedissem* M. — VIII 9. 3 *multo minus crebro* R, C: *multo minus ⟨movebant minus⟩*. *Crebro* M. — IX 4, 2 *ΠΡΑΤΜΑΤΕΙΤΕΟΗ* R: *πραγματευτέον* C: *πρατεον* M. — IX 9, 4 *delituum* R: *Deli tuum* C: *delitium* M. — IX 10, 3 *sive periculose* R, ZL[1]: *sive periculo* M. — X 1, 4 *accerime bellum* R: *acerrime bellum* C: *bellum acerrime*

*) Orellius in praef. p. 49 sqq. lectiones ex quattuor codd. Parisinis, in quibus R et P sunt, cum una ep. ad Att. IX 1 collatas adfert: quasi vero ex uno quoque capite eorum librorum, qui de finibus bonorum et malorum inscribuntur, quid intercedat inter A et B et E, utrum B et E sui iuris sint an ex A pendeant, colligi possit.

M. — X 5, 3 *et instomacho si vis* R: *et istomacho si vis* C: *et isto madio si vis* M. — XI 22, 1 *ne cesar* R: *ne caesar* W: *nec cesar* M. — XII 2, 2 *homini non recta* R, C: *hominem recta* M. — XII 23, 3 *etiam* ⟨*quam*⟩ *satis* R, C, ZB: *etiam* [*quam*] *satis* M. — XIII 10, 3 *si quid* ⟨*egerit*⟩ R, ZL^2: *si quid* [*egerit*] M. — XIII 12, 4 *tuos vectio coheredi* R: *tuo svettio coheredi* ZB: *tuos nectiotom heredi* M. — XIII 14, 2 *scies* ⟨*si quid erit*⟩ *praeterea* R, C, ZB: *scies* [*si quid erit*] *praeterea* M. — XIII 24 *corcire* R: *currere* M. — XIII 37, 4 *possem diem differri* R: *posse diem differri* ZL^1: *posse in diem diem differri* M. — XIII 46, 3 *actito* (sed *c* deletum) R: *a Tito* C: *attico* M. — XIV 9, 3 *cecilius* R: *Caecilius* C: *catilius* M. — XIV 10, 2 *conlectanti* R: *coniectanti* C: *cum letanti* M. — XIV 12, 2 *peramice* R, C: *amice* M. — XV 3, 1 *accepi* ⟨*nati*⟩ R, ZL^2, ZB: *accepi* [*nati*] M. — XV 13, 7 *perhiu* R: *perlatam. Hui* C: *praebui* M. — XV 26, 2 *epistolae* ⟨*est*⟩ R, ZB, Ant.: *epistolae* [*est*] M. — XV 26, 2 *illa quidem in* R, C, ZB: *illa namque in* M. — XV 26, 2 *ad te tusculano* R: *ad te e Tusculano* ZB: *a Tusculano* M. — XV 27, 3 *suspicabor* R, ZB, Ant.: *suspicor* M. — XVI 2, 5 *ebutio* R: *Aebutio* ZB: *enictio* M. — XVI 5, 3 *antequam* R, C: *ante* M. — XVI 6, 3 *reliqua* R, C, ZB: [*reliqua*] M. — XVI 15, 2 *nec ne dubito* R: *nec dubito* C, ZB: *et dubito* M. — XIII 38, 2 *putato* R, C: *puto* M. — XIII 44, 1 *cocta* R: *Cotta* C: *tota* M. — XIII 45, 1 *bebio* R: *Baebio* ed. Cratandrina: *babio* M. — XIII 45, 3 *praedia* R, C: *prandia* M. — XIII 46, 3 *illiberalius* R, C: *liberalius* M; *nihil liberalius* correxit Lambinus. — XIII 46, 3 *de cofinio doleo* R: *de Cosinio doleo* C: *deos in iodoleo* M. — XIV 6, 1 *distructor sesti illi fundum* R: *discrutior Sestilii fundum* C: *destructi res est ulli fondum* M (in margine m^3 *sestulli*).

7) s = cod. Urbinas 322, qui in bibliotheca Vaticana est, membranaceus, latus 24, altus 35 centimm., XV saeculo scriptus. Constat ex 238 foliis, continet inde a fol. 1 a usque ad fol. 13 a epistularum ad Brutum librum I, inde a fol. 13 a usque ad fol. 42 b epistularum ad Quintum fratrem

libros III, inde a fol. 43a usque ad fol. 44b epistulam ad Octavianum, inde a fol. 44b usque ad finem epistularum ad Atticum libros XVI.

Totus codex eadem manu exaratus est; Graeca post textum Latinum confectum inserta sunt minusculis litteris, rubro atramento, multis locis versio Latina adiecta est; haud raro versio Latina adest, ubi vocabulum Graecum omissum est, sed plerisque locis ita, ut spatium vacuum relictum sit.

Manutius ad Att. IX 12, 4 codicem quendam Urbinatem *ecquis finis* habere adnotat: s in margine *ecquis finis,* in textu *ad finis* praebet.

Contulimus epp. ad Att. libros XVI.

s cum sit simillimus codicis Medicei, non tot aut tam gravibus lectionibus cum C, Z, W consentit quam E, N, H, O, R, P = Σ; cum vero s multis neque levibus lectionibus cum Σ consentiat, Σ vero non pendeat ex M, s quoque sui iuris esse neque ex M ortum esse indico: nisi forte quis naturali quodam sensu interpolationes odorandi praeditus dicet, id quod non facile probari potest, parentem codicis Urbinatis esse ortum ex M, istum vero parentem, antequam s describeretur, ex Σ interpolationes accepisse.

His vero locis s cum Σ*) consentit, a M dissentit:

I 14, 1 *tamen* ⟨*ita*⟩ s, Σ**): *tamen* [*ita*] M. — II 1, 6 *atque* [*ita*] *provisum* s, Σ, editio Cratandrina prima: *atque* ⟨*ita*⟩ *provisum* M. — II 4, 4 *nimis* s, Σ: *minus* M. — II 13, 2 *litteras ad sicionios* s, Σ: *ad Sicyonios litteras* M. — III 8, 4 *et proditi* s, Σ: *ac proditi* M. — V 1, 3 *ego* ⟨*ipsa*⟩ *sum* s, Σ: *ego* [*ipsa*] *sum* M. — V 9, 1 *sine* [*his*] *impedimentis* s, Σ: *sine* ⟨*iis*⟩ *impedimentis* M², *sin eis* M¹. — V 13, 1 ⟨*in modum*⟩ s, Σ: [*in modum*] M. — VI 1, 25 *hec ego* s, Σ, W: *hoc ego*

*) Σ indicat consensum codicum ENHORP, quamquam ENH non nullis locis desunt.

**) Leves discrepantias, ubicumque Σ adfero, omittere soleo nisi ipsa res postulat; hoc quidem loco NH *ista* habent pro *ita*.

M. — VI 1, 25 *mihi venit obviam* s: *mihi obviam venit* Σ, W*: *venit mihi obviam* M. — VII 13, 7 (13b, 3 ed. Wesenb.) *que ⟨tua⟩ coniectura* s. Σ: *quae [tua] coniectura* M. — VIII 4, 1 *arcessi. Novi ⟨unum⟩ hominem omnium* s: *arcessi non ⟨unum⟩ [hominem] omnium* Σ: *arcessi [non unum] hominem omnium* M. — VIII 7, 1 *cohortes XXX. ⟨Domitius⟩* s, Σ: *cohortes XXX [Domitius]* M. — IX 5, 2 *huic eram inimicior* s: *inimicior huic eram* Σ*: *inimicior eram huic* M. — X 10, 4 *mihi tuae litterae* s, Σ: *tuae mihi litterae* M. — XI 15, 4 *hoc ego non* s, Σ: *haec ego non* M. — XV 20, 1 *quenquam* s, Σ: *quamquam* M. — XV 27, 1 *persequitur* s, Σ: *prosequitur* M. — XVI 2, 6 *domo mittito* s. Σ: *dum omittito* M.

8) Rav. = cod. Ravennatem, qui est in bibliotheca Classensi, olim signatum CXXII, nunc N. 137, 4, 2, nos non contulimus; sed ex iis, quae Bootius in praef. alter. ed. epp. ad Att. p. XIV squ. de eo codice disputavit, eum non pendere ex M iudicamus.

Codex, in cuius fronte Th. Mommsenus, cum adulescens Ravennae esset, 'praeclarum omniumque, qui supersunt, epistolarum ad Atticum librorum MStorum sine ullo dubio antiquissimum' esse scripsit, ab eodem Mommseno hoc modo describitur: 'Codex membranaceus forma maxima, foliorum non numeratorum 110 scriptorum, quae efficiunt quinterniones undecim signatos litteris romanis A—L . . . . Scriptus est saeculo XIII litteris luculentis et pulchris. Continet Ciceronis epp. ad Brutum [f. 1—15, lib. I], Ciceronis epp. ad Q. fr. libros III [f. 15—50], Ciceronis ep. ad Octavium [50'—52'], Ciceronis epp. ad Atticum [f. 52' — fin.], neque tamen omnes, sed sex libros tantum et ne hos quidem integros. En conspectum ad numeros editionis Orellianae: L. I—III integri sunt. L. IV ep. 1—4, 16 a principio ad verba § 4 *intelligat curo,* item a verbis § 10 *amisimus, mi Pomponi* ad finem epistolae. Deest ep. 17, sed adest 18 ultima huius libri.

*) Non puto casu fieri, ut eodem loco et s et Σ verborum collocatione a M abhorreant.

L. V ep. 1—8 et 10. L. IX ep. 2—4 et 6 a verbis § 4 *Ante sollicitus* ad finem epistolae Caesaris. In inscriptione sequentis epistolae codex desinit.'

Nos, quod et ENHOPR pleniores sunt codice Ravennati eiusque lectionibus careri posse apparet neque Bootius omnes eius lectiones adfert, raro atque caute eo utendum putavimus; ex iis, quae infra disputabimus, intellegetur eum simillimum esse codicum ENHOPR.

Omnes, de quibus dixi, codices ep. ad Att. I 18, 1—19, 11, quam partem M omittit, habent et, quicumque (E, O, R, P, s) sextum decimum librum continent, iis verbis ep. XVI 16, quae in M desunt, non carent.

Inspexi praeterea multos codices, qui in aliis Italiae bibliothecis sunt; ex quibus adfero codd. Vaticanos n. 1691, 1692, cod. Ottob. n. 1413, codd. Neapolitanos IV B 34, IV B 35, IV B 36, codd. Mediceos plut. XXXXIX n. 19, n. 20, n. 21, n. 22, n. 23, plut. XXIII sinistri n. 2, cod. ex bibliotheca aedilium, qui nunc est in Laurentiana, n. 217, cod. bibl. Stroccianae n. 43, cod. bibl. Mediceae Faesulanae n. 186, cod. bibl. Riccardianae n. 500, cod. Bononiensem, qui est in bibliotheca universitatis, n. 2229, cod. Cesenatem plut. XIX 1: qui codices omnes simillimi sunt Medicei et s, et tamen codd. n. 217 ex bibliotheca aedilium et n. 186 ex bibl. Medicea Faesulana non indigni esse videntur, qui accuratius examinentur.

Quae sit propinquitas eorum quos contulimus codicum, infra cap. VII exponemus; ex his vero lectionibus perspicuum est, arctiore quodam vinculo ENHOPR Ant. F Rav. $= \Sigma$ coniungi neque ex eodem parente ortos esse, ex quo M + s $= \Delta$ originem traxerunt.

I 2, 2 *Ianuario ineunte* Σ*); *Ianuario meunte* Rav.: *Ianuario mense* Δ. — I 3, 3 *hoc* ⟨*eo*⟩ *ad te* Σ, Rav.: *hoc* [*eo*] *ad te* Δ. — I 5, 4 *duxi rescribere* Σ (-E), Rav., plerique codices

*) Σ est consensus codicum ENHOP inde ab I usque ad VII 21; ubicumque E vel H vel N vel P deficit, cum codicem cancellis inclusimus addito —; leves discrepantias ne hoc quidem loco curamus.

Malaspinae: *duxi scribere* Δ. — I 6, 1 *par* ⟨*in hoc*⟩ Σ (-E), Rav.: *par* [*in hoc*] Δ. — I 9, 2 *cures diligenter* Σ, Rav.: *diligenter cures* Δ. — I 11, 3 *nostrae Academiae* Σ (-E), Rav.: *Academiae nostrae* Δ. — I 14, 1 *vix huic* Σ (sed P *ius huic*), Rav.: *huic vix* Δ. — I 14, 5 *facile ex altera parte* Σ (-E), Rav.: *ex altera parte facile* Δ. — I 16, 10 *in operto dicas* Σ (sed N *eperto*), Rav.: *dicas in operto* Δ. — I 17, 2 *animus* ⟨*et*⟩ *ad accipiendam* Σ: *animus* [*et*] *ad accipiendam* Δ. — I 17, 5 *perspecta est* ⟨*et*⟩ *ingenuitas* Σ: *perspecta est* [*et*] *ingenuitas* Δ, sed M *integritas* in textu, *ingenuitas* in margine habet. — I 20, 1 *dederas et nunc epistolae* Σ, Rav.: *dederas ei nunc epistolae* Δ. — I 20, 3 *meos bonos illos viros* Σ: *meos bonos viros illos* Δ. — I 20, 4 *ut scripsi ad te antea non* Σ (sed P *scripsi ante antea*), Rav.: *ut ad te scripsi antea non* Δ. — II 1, 2 *laetatus sum* ⟨*me*⟩ *aliquanto* Σ, Rav.: *laetatus sum* [*me*] *aliquanto* Δ. — II 1, 5 *liciturum esset plebeiorum publicam* Σ (-E): *liciturum esset plebeio rem publicam* Δ. — II 1, 8 *Cato* ⟨*et*⟩ *assensit senatus* Σ, Rav.: *Cato* [*et*] *assensit senatus* Δ. — II 1, 12 *tum vero latinos diligenter* Σ (-E): *tum vero diligenter latinos* Δ. — II 15, 3 *quoniam tu nihil certi scribis* Σ (-E): *quoniam tu certi nihil scribis* Δ. — II 21, 3 *itaque ille noster amicus insolens* Σ: *itaque ille amicus noster insolens* Δ. — III 6 *tibi meos commendo* Σ (-E): *meos tibi commendo* Δ. — III 15, 1 *qua me obiurgas* ⟨*et rogas*⟩ *ut sim* Σ, Rav., Ant.: *qua me obiurgas* [*et rogas*] *ut sim* Δ. — III 19, 1 *a vobis litterae afferebantur* Σ (sed E, N, H *a nobis litterae*): *litterae a vobis afferebantur* Δ. — III 23, 1 *eam promulgationem attulisse perscribis* Σ (-E), Ant., F: *eam promulgationem attulisse scribis* Δ. — IV 3, 2 *post hunc* ⟨*vero*⟩ *furorem* Σ (-H), Rav.: *post hunc* [*vero*] *furorem* Δ. — IV 4b, 1 *et velim* (vel *vellem*) *mihi mittas* Σ (-E), Rav.: *etiam vellem* (vel *velim*) *mihi mittas* Δ. — IV 12 *esse* ⟨*idibus*⟩ *enim* Σ (-E, H): *esse* [*idibus*] *enim* Δ. — IV 15, 4 *facere* [*debemus*] *patrem* Σ (-E, H), Ant., F: *facere* ⟨*debemus*⟩ *patrem* Δ. — IV 16, 2 *non potuit mentio fieri* Σ (-H), Rav.: *non mentio potuit fieri* Δ. — IV 17, 2 *ne senatus quidem fuisset* Σ (-E, H) Rav.: *ne senatus*

quidem adfuisset Δ. — IV 17, 4 *libere nemo nam Cato* Σ (-E, H), Ant.: *liber nemo nam Cato Δ.* — V 2, 2 *longe* ⟨*et*⟩ *Hortensius cum* Σ (-E, H): *longe* [*et*] *Hortensius cum Δ.* — V 14, 1 *interea tamen haec* Σ (-E, H): *tamen interea haec Δ.* — V 15, 3 *quod iam diu mihi ignota sunt* Σ (-E): *quod iam diu ignota sunt mihi Δ.* — V 20, 1 *sic enim mihi concedis* Σ (-H): *sic enim concedis mihi Δ.* — V 20, 3 *discessimus* ⟨*interim*⟩ *scis enim* Σ (-H): *discessimus* [*interim*] *scis enim Δ.* — V 21, 11 *dixi denique me coacturum* Σ (-E): *denique dixi me coacturum Δ.* — VI 1, 3 *sed dico me revocavi ne* Σ: *sed dico revocavi me ne Δ*, sed s *illico* pro *dico.* — VI 1, 7 *diligenter ad te perscripseram* Σ: *ad te diligenter perscripseram Δ.* — VI 1, 9 *alteras* [*a*] *Laodicea utrasque* Σ (-E, H), Ant.: *alteras* ⟨*a*⟩ *Laodicea utrasque Δ.* — VI 1, 23 *eius status Lentulum quidem* Σ (-E, H): *status eius Lentulum quidem Δ.* — VI 2, 7 *ipsum enim* ⟨*triduum*⟩ Σ (-E, P): *ipsum enim* [*triduum*] *Δ.* — VI 7, 2 *sed* ⟨*plane*⟩ *volo his magistratibus* Σ (-E, H), Ant., F, Card.: *sed* [*plane*] *volo his magistratibus Δ.* — VII 1, 9 *sed tamen hoc quicquid est* Σ (-E): *sed hoc tamen quicquid est Δ.* — VII 2, 3 *quam tu velles* ⟨*se*⟩ *a me diligi* Σ (-E, H), Ant.; sed N *si a me*: *quam tu velles* [*se*] *a me diligi Δ.* — VII 3, 7 *et plus etiam mihi ipse deberet* Σ (-E, H): *et plus etiam ipse mihi deberet Δ.* — VII 11, 1 *quid est hoc aut quid agitur* Σ (-N): *quid hoc est aut quid agitur Δ.* — VII 15, 1 *cum coram id non licet* Σ, Ant., F, quidam alii libri Malaspinae: *cum coram id non liceret Δ.* — VII 18, 3 ⟨*scio*⟩ *sed haec* Σ (-E, H), Ant., F, Card.: [*scio*] *sed haec Δ.*

Inde a medio libro VII N et H deficiunt; P cum inde ab VII 21, 1 iis tantum locis contulerimus, quibus E deficit, Σ iam est = E O*) R, Σ (-E) = O, R, P; cod. Rav. habet tantum IX 2—4 et 6.

VIII 1, 4 *illi esse oportere ibimus* Σ: *illi oportere esse ibimus Δ.* — VIII 5, 1 ⟨*Dionysio*⟩ *dedissem vesperi* Σ (-E),

*) O² quid addiderit vel delerit non indicamus neque iis qui antecedunt locis indicavimus.

Ant., F, codex Pantagathi et Card.: [*Dionysio*] *dedissem vesperi* Δ. — VIII 11 b, 2 *omnino ut tibi proxime placuerat* Σ: *omnino ut proxime tibi placuerat* Δ. — VIII 16, 2 *quicquid hic mali Pisistratus* Σ: *quicquid mali hic Pisistratus* Δ. — IX 3, 2 *pridie* ⟨*ad*⟩ *Brundusium venisse* Σ, Rav.: *pridie* [*ad*] *Brundusium venisse* Δ. — IX 7, 2 *a quo* ⟨*et*⟩ *diligi me et quid rectum sit* Σ (-E), Ant., F: *a quo* [*et*] *diligi me et quid rectum sit* Δ. — IX 10, 2 *amens mihi fuisse a principio videor* Σ: *amens mihi fuisse videor a principio* Δ. — IX 10, 3 *istius urbis parentemque esse dixerunt* Σ: *istius urbis quem parentem esse dixerunt.* — IX 10, 3 *nunc sive periculose experiundum erit* Σ: *nunc sive periculo experiundum erit* Δ, sed s *sine periculo.* — XII 6, 2 *occupatus in meo* ⟨*quidem*⟩ Σ: *occupatus in meo* [*quidem*] Δ. — XII 6, 3 *si non modo in tuis libris* Σ: *si non modo in libris tuis* Δ. — XII 12, 1 ⟨*sed vereor ne minorem τιμήν*⟩ Σ (-E); pleraeque litterae in O erasae sunt; Ant., F 'quamquam Ant. abest graecum verbum, inani spatio relicto' Malaspina; aberat etiam ab O[1] *τιμήν*, item vacuo spatio relicto': [*sed vereor ne minorem τιμήν*] Δ. — XII 18, 1 *ab omnium ingeniis sumptorum et Graecorum* Σ: *ab omnium ingeniis scriptorum et Graecorum* Δ. — XII 21, 5 *quos animo aequo videre* Σ: *quos aequo animo videre* Δ. — XIII 2, 3 *cum poteris* ⟨*ergo*⟩ Σ (-E): *cum poteris* [*ergo*] Δ. — XIII 9, 1 ⟨*Dolabella .... diligentissime quae*⟩ Σ (-E): [*Dolabella .... diligentissime quae*] Δ. — XIII 10, 3 *Brutus si quid* ⟨*egerit*⟩ Σ (-E), Ant., F, sed P *egeris*: *Brutus si quid* [*egerit*] Δ. — XIII 13, 1 *et e duobus libris contuli* Σ: *et ex duobus libris contuli* Δ. — XIII 19, 4 *in quo ita sermo inducitur* Σ: *in quo sermo ita inducitur* Δ. — XIII 23, 1 *profecto* ⟨*in*⟩ *quo maxime posita sit* Σ (-E), veteres libri Malaspinae: *profecto* [*in*] *quo maxime posita sit* Δ. — XIII 24 *Ciceronem vidisse Corcyrae* Σ (-E), sed lectio O paene tota erasa est: *Ciceronem vidisse currere* Δ. — XIII 25, 2 *Bruto ita volui scribere* Σ (-E), Ant.: *ita volui Bruto scribere* Δ. — XIII 24, 3 *quod mehercule non esse intelliges* Σ: *quod mehercule intelliges non esse* Δ. — XIII 45, 1 *de bebio poteris et de altero* Σ (-E),

Ant., F 'et ferme reliqui' Malaspina: *de babio poteris et de altero* Δ. — XIV 11, 1 *quoniam ratio non gubernat* Σ (-E): *quoniam ratione gubernat* Δ. — XIV 12, 2 *perhonorifice et peramice Octavius* Σ: *perhonorifice et amice Octavius* Δ. — XIV 13 b, 5 *animus tuus ⟨mihi⟩ magis patuit* Σ: *animus tuus* [*mihi*] *magis patuit* Δ. — XIV 18, 1 *reddidit o hominem impudentem* Σ, sed E omisit *o*: *reddidit o hominem pudentem* Δ. — XV 3, 1 *accepi ⟨nati⟩ duas epistolas tuas* Σ (-E), sed P *accepi ⟨nacti⟩*: *accepi* [*nati*] *duas epistolas tuas* Δ. — XVI 3, 1 *exspectare ⟨te⟩ dicis* Σ: *exspectare* [*te*] *dicis* Δ.

Iensonianam editionem, etsi multis locis cum Σ consentit, non commemoravimus, quod et scripti libri multo maiorem habent auctoritatem quam typis impressi et I plurimis atque gravibus interpolationibus inquinata est. Recte enim Wesenbergius I ex M pendere negavit; idem I multo pluris aestimavit quam quanti est, quod eum fugiebat, quanta esset incuria et neglegentia editoris, quot lectiones non ex codice aliquo sed ex libidine profectae essent. Nos cum Σ collatos habeamus, et quanto opere editioni Iensonianae diffidendum sit intellegimus et facile I caremus. Quanta vero levitate et neglegentia textus in I constitutus sit, ex his lectionibus apparet:

I 5, 3 *cui litteras dare possem* I: *cui dare litteras possem* Σ, Δ. — I 5, 4 *genus notum tibi esse arbitror* I: *genus tibi notum esse arbitror* Σ, Δ. — I 5, 5 *miro quodam modo confectum* I: *miro quodam modo affectus* Σ, Δ. — I 5, 5 *dicenda fuerint* [*de te non*] I: *dicenda fuerunt ⟨de te non⟩* Σ, Δ. — I 8, 2 *⟨ei⟩ mittas et maxime* I: [*ei*] *mittas et maxime* Σ, Δ. — I 8, 2 *nam in hoc genere* I: *nam in eo genere* Σ, Δ (N habet *non* pro *nam*, O[1] videtur habuisse *meo* pro *in eo*: nos tales res non solemus commemorare; nam quo facilius locus quem adferimus in editionibus ab iis qui haec legent reperiatur, complura vocabula excerpimus; quam rem spectemus et quid quoque loco inter I atque Σ + Δ differat, ex ipsis lectionibus apparet). — I 8, 3 *munusculum flagrat* I: *munusculum flagitat* Σ, Δ. — I 9, 2 *devenire ⟨et⟩ signa Megarica* I: *devenire* [*et*] *signa Megarica* Σ, Δ. — I 13, 1 *quod mihi non ⟨est notum⟩*

ut I: quod mihi non [est notum] ut Σ, Δ. — I 14, 2 ut omnia illius orationis I: ut omnia illius ordinis Σ, Δ. — I 14, 3 quem ⟨in aristocratia⟩ ego varie meis orationibus I: quem [in aristocratia] ego varie meis orationibus Σ, Δ. — I 14, 6 quod ⟨ego⟩ non speraram I: quod [ego] non speraram Σ, Δ. — I 16, 6 qui nunc sit status rei publicae I: qui nunc sit status rerum Σ, Δ. — I 16, 9 rogatus ego sententiam ⟨dicere⟩ I: rogatus ego sententiam [dicere] Σ, Δ. — I 17, 3 vitium totius quod aliquanto I: totius vitium quod aliquanto Σ, Δ. — I 17, 4 nam si ita ⟨esse⟩ statueris I: nam si ita [esse] statueris Σ, Δ. — II, 1, 3 deposui in contione I: in contione deposui Σ, Δ. — II 1, 5 nihil ei novi [dixi] I: nihil ei novi ⟨dixi⟩ Σ, Δ. — II 1, 11 Pompeianum me valde delectant I: Pompeianum valde me delectant Σ, Δ. — II 1, 11 Quinctili ⟨ei⟩ Romae fore I: Quinctili [ei] Romae fore Σ, Δ. — II 1, 12 Ad Octavianum dedi I: Ad Octavium dedi Σ, Δ. — II 1, 12 te in decurionibus habere I: te in toculonibus (vel toculionibus) habere Σ, Δ. — II 3, 1 eius caligae I: caligae eius Σ, Δ. — II 4, 7 ⟨quam⟩ unius aestatis I: [quam] unius aestatis Σ, Δ. — II 7, 1 denique ⟨aliud⟩ aliquid exstabit I: denique [aliud] aliquid exstabit Σ, Δ. — II 10 ames constantiam meam I: ames meam constantiam Σ, Δ. — II 16, 1 hoc eiusmodi mihi non videbatur I: hoc mihi eiusmodi non videbatur Σ, Δ. — II 18, 1 Curio huic plausus maximus I: Curio huic plausus maximi Σ, Δ. — II 20, 5 Haec quo eruptura sint I: Haec quo sint eruptura Σ, Δ. — II 21, 2 ut saepe etiam tecum loqui I: ut saepe etiam loqui tecum Σ, Δ. — II 21, 3 qui antea solus esset I: qui antea solitus esset Σ, Δ. — II 21, 6 Varro satis mihi facit I: Varro mihi satis facit Σ, Δ. — II 22, 5 ex ⟨illo⟩ ipso intelligere possis I: ex [illo] ipso intelligere possis Σ, Δ. — II 24, 3 cum telo interfuisse in vincula I: cum telo fuisse in vincula Σ, Δ. — II 25, 1 Cum apud te aliquem I: Cum aliquem apud te Σ, Δ. — II 25, 2 vel maiore odio I: nihil maiore odio Σ, Δ. — II 25, 2 coniectura nostra transfert I: coniectura nostra fert Σ, Δ. — III 1 consilium de tua ⟨summa⟩ sententia I: consilium de tua [summa] sententia Σ, Δ. — III 5

et maximas gratias agit I: *et maximas agit gratias* Σ, Δ. — III 5 *Cura ut valeas* [*data*] I: *Cura ut valeas* ⟨*data*⟩ Σ, Δ. — III 6 *Maias Tarenti* I: *Maias de Tarentino* Σ, Δ. — III 7, 1 *a te mihi litteras reddiderunt* I: *mihi a te litteras reddiderunt* Σ, Δ. — III 7, 2 *praesertim si ea spes non* I: *praesertim si spes ea non* Σ, Δ. — III 7, 2 *hoc confirmo neminem* I: *hoc affirmo neminem* Σ, Δ. — III 7, 3 *per Candaviam tarde* I: *tarde per Candaviam* Σ, Δ. — III 7, 3 *Cura ut valeas* [*data*] I: *Cura ut valeas* ⟨*data*⟩ Σ, Δ. — III 9, 1 *Atque illud etiam timebam* I: *Atque etiam illud timebam* Σ, Δ. — III 9, 3 *quid mihi agendum sit* I: *quid agendum mihi sit* Σ, Δ. — III 23, 5 *et ceteros tu excites* I: [*et*] *ceterosque* [*tu*] *excites* Σ, Δ. — III 25 *operam illum quod* I: *operam id quod* Σ, Δ.

Quam impudenter textus in I interpolatus sit, ex iis quae attuli apparet; eadem res multo magis perspicua est, cum iis locis I inspicitur, quibus W adest:

XI 5, 4 [*a me*] *animo* I: ⟨*a me*⟩ *animo* W, Σ, Δ. — XI 6, 1 *qui quidem dolor meus* I: *qui quidem meus dolor* W, Σ, Δ. — XI 6, 1 *pro tua pudicitia sentis* I: *pro tua prudentia sentis* W, Σ, Δ. — XI 6, 1 *Addis* ⟨*enim*⟩ *etiam* I: *Addis* [*enim*] *etiam* W, Σ, Δ. — XI 9, 2 *pecuniam illi dedisse* I: *illi pecuniam dedisse* W, Σ, Δ. — XI 9, 2 ⟨*Litteras*⟩ *ad te misi* I: [*Litteras*] *ad te misi* W, Σ, Δ. — XI 10, 2 *De Africanis* ⟨*quidem*⟩ *rebus* I: *De Africanis* [*quidem*] *rebus* W, Σ, Δ.

Et neglegenter et magna licentia in I textum esse constitutum satis apparet; cum vero Iensonus, vel is qui eum codicem emendavit ex quo I profecta est, in iis rebus, quas mutat, haud mediocrem doctrinam et prudentiam ostendat, factum est ut Wesenbergio multis locis imponeretur. Ex quibus unam rem commemoro: asyndeton binomine quod apellatur Iensono tanto odio erat, ut plerisque locis *et* vel *que* insereret, easque lectiones Wesenbergius sibi persuaserat veras esse; cf. Lehmanni Quaest. Tull. p. 24 squ. Festive vero ipsa editio Iensoniana se coarguit atque demonstrat, omnibus iis locis coniunctionalem particulam coniectura ortam esse; nam VIII 11d, 2 Iens. pro *Cum Teanum Sidicinum venissem* habet

Cum Teanum ⟨et⟩ Sidicinium venissem, callidius etiam VIII 11 b, 2 pro *quo tu Teano Sidicino es profectus* haec excogitavit *quo tu Theanio Sidicinium es profectus.*

Quae cum ita sint cumque Σ faciant, ut I facile careamus, iis locis iam I commemorabimus, quibus ad lectiones editionis Cratandrinae illustrandas opus est; ubicumque enim I meliorem lectionem habet quam $\Sigma + \Delta$, ea lectio non dico coniectura, at coniecturae instar est neque est quod non multis locis meliora atque certiora a nobis excogitari posse credamus. Nec minus facile editione Romana caremus, quae simillima est Medicei; nam s et similis est Medicei et erroribus typographicis caret.

Breviter ea comprehendam, quae hoc capite disputata sunt: ENHORP ex M non pendent atque Ant. F. Rav. eorum codicum similes sunt; s ex M non pendet et eius est gemellus; ex alio parente ENHORP Ant. F. Rav., ex alio M et s profecti sunt. Illud hoc loco neque diiudicavimus neque voluimus diiudicare, quanti Σ sint faciendi, utrum Σ an Δ pluris sint, quibus codicibus ex Σ maxima sit auctoritas tribuenda, quantum lectionibus codicis s confidendum sit, quid inter C et W et Z et Σ et Δ intercedat.

CAPUT IV.

DE C ET c.

Redeo iam ad editionem Cratandrinam; per ambages enim ut haec quaestio incedat, ipsa res omnium difficillima, quae agitur, facit.

In praef. ed. Cratandrinae p. 4 haec scripta sunt: '*Imprimis usus sum codicibus haud mediocriter vetustis: quorum alii non parvis impendiis. neque vulgari peregrinatione conquisiti*:

alii vero amicorum beneficio tam in me, quam in omnes eloquentiae studiosos perquam officioso exhibiti sunt: inter quos non paucos, neque poenitendos nobis communicavit Io. Sichardus, veterum monimentorum conservator diligentissimus. Unde factum est, ut coeptum negocium principio difficillimum, paulo minori negocio confecerim: quod libenter et ingenue et fatemur et cognoscimus, amicisque acceptum ferimus: multas enim inde mendas sustulimus, quae priores aeditiones occuparant: atque id ante omnia in epistolis ad Atticum. Attamen sicubi forte propter mendarum diversitatem eliciendae sententiae difficultas suboriebatur, reliquimus tum ibi eos locos, praefixis literarum formis, signi vice, lectori acutioris iudicii excutiendos, et coniectura colligendos.'

Et ex his verbis conicere licet et ex iis locis quos iam adferam apparet Cratandrum vel potius eum, qui Ciceronis opera edenda curavit — nam M. Bentinium ante opus confectum mortuum esse in eadem praef. scribitur —, compluribus codicibus usum esse: index Graecus, de quo infra disputabimus, ad I 1, 4 'in vetustioribus codicibus legebatur, *ἐπεὶ οὐχ* . . . .'; index Graecus ad IV 7, 2 'legitur tamen in nonnullis codicibus *οὖχ' ὁσίη* . . .'; index Graecus ad IV 13, 1 'sed in vetustioribus exemplaribus legitur *σκυαμον*'; index Graecus ad V 4, 1 ' . . in quibusdam aliis codicibus legebatur, *δυσδιάγνωσιον*'; index Graecus ad VII 1, 9 ' . . . habent nostri codices, *ἀμεμηνὰ*'; C ad VIII 16, 2 '*donum*, aut certe *domum*, utrumque enim habent anti. cod.'; index Graecus ad IX 5, 3 'Verum in vetustis codicibus hic versus qui extat Iliad. 6 . . .'; index Graecus ad XV 5, 1 'tametsi alii codices habeant, *ὅτε* . . .'; index Graecus ad XV 2, 4 'in quibusdam codicib. lego *πέντε ἢ λοιπὸν*'.

Totus textus editionis Cratandrinae pendet ex A^2, A^2 ex A^1, A^1 denique ex I; quamquam A^1 et A^2 ea quae in I inveniebantur aut ex ed. Romana aut ex codicibus nescio quibus aut ex suis aliorumve doctorum hominum coniecturis corrigunt vel mutant; cf. Hofmanni lib. p. 31.

Itaque multis lectionibus c cum I consentit, quae in co-

dicibus non inveniuntur; falsa enim lectio ex I in A^1, ex A^1 in A^2, ex A^2 in c migravit neque Cratander eam sive pigritia adductus sive pudore mutavit; qua ex re apparet, editionem Cratandrinam, ubicumque cum I, $A^{1\,2}$ consentit, nulla esse auctoritate:

I 4, 1 *et est et fuit parata* I, A^1, A^2, c: *parata et* (vel [*et*]) *est et fuit* omnes codd. — I 5, 8 [*et*] *sororem⟨que⟩ tuam* I, A^1, A^2, c: ⟨*et*⟩ *sororem*[*que*] *tuam* omnes codd. — I 12, 1 *nam A. Caecilium* I, A^1, A^2, c: *nam a Caecilio* omnes codd. — I 14, 6 *adductus Clodii* I, A^1, A^2, c: *Clodii adductus* omnes codd. — I 16, 5 *Idque iudicum* I, A^1, A^2, c: *Itaque iudicum* omnes codd. — I 17, 3 *vitium totius* I, A^1, A^2, c: *totius vitium* omnes codd. — I 17, 6 *ac laetitias tuas* I, A^1, A^2, c: *et laetitias tuas* omnes codd. — I 20, 1 *hortari te* I, A^1, A^2, c: *te hortari* omnes codd. — I 20, 7 *si amas me* I, A^1, A^2, c: *si me amas* omnes codd. — I 20, 7 *amari a me* I, A^1, A^2, c: *a me amari* omnes codd. — II 1, 5 *inconstantiam* [*eius*] I, A^1, A^2, c: *inconstantiam* ⟨*eius*⟩ omnes codd. — II 1, 8 *animo optimo* I, A^1, A^2, c: *optimo animo* omnes codd. — II 16, 1 *eiusmodi mihi* I, A^1, A^2, c: *mihi eiusmodi* omnes codd. — III 10, 3 *aut castigatione* I, A^1, A^2, c: *ut castigatione* omnes codd. — IV 3, 5 *Publium reum* I, A^1, A^2, c: *reum Publium* omnes codd. — V 2, 2 *praeterea multitudine* I, A^1, A^2, c: *praeterea multitudo* omnes codd. — V 3, 2 *ponam* ⟨*tecum*⟩ *te in* I, A^1, A^2, c: *ponam* [*tecum*] *te in* omnes codd. — V 7 *magis* ⟨*ac magis*⟩ I, A^1, A^2, c: *magis* [*ac magis*] omnes codd. — V 13, 2 ⟨*et*⟩ *permutationis* I, A^1, A^2, c: [*et*] *permutationis* omnes codd. — V 15, 1 *Romae* ⟨*praesto*⟩ *sis* I, A^1, A^2, c: *Romae* [*praesto*] *sis* omnes codd. — V 16, 2 ⟨*et*⟩ *totidem* I, A^1, A^2, c: [*et*] *totidem* omnes codd.

Haud paucis locis A^1 vel A^2 falsam lectionem editionis Iensonianae correxit itaque vera lectio in c migravit:

I 2, 2 *est opus* I, A^1: *opus est* A^2, c. — I 5, 5 *fuerint* [*de te non*] I: *fuerint* ⟨*de te non*⟩ A^1, A^2, c. — I 8, 2 ⟨*ei*⟩ *mittas* I: [*ei*] *mittas* A^1, A^2, c. — I 10, 1 *hoc* [*tibi*] *pro* I, A^1: *hoc* ⟨*tibi*⟩ *pro* A^2, c. — I 13, 4 *autem* [*ille*] *amicus* I, A^1:

autem ⟨ille⟩ amicus A^2, c. — I 14, 2 *illius orationis* I: *illius ordinis* A^1, A^2, c. — I 16, 1 *etiam inspectatorem* I, A^1: *etiam spectatorem* A^2, c. — I 16, 2 *ita novum* I: *ita notum* A^1, A^2, c. — I 16, 2 *Hortensii est* I: *est Hortensii* A^1, A^2, c. — I 16, 17 *ipse mitto* I, A^1: *ipse mittito* A^2, c. — II 7, 4 *quod nam id est* I, A^2: *quid nam id est* A^1, c. — II 9, 1 [*mihi*] *esse iucundius* I, A^1: ⟨*mihi*⟩ *esse iucundius* A^2, c. — II 24, 2 *manum* [*fuisse*] I, A^1: *manum* ⟨*fuisse*⟩ A^2, c. — III 10, 1 *ista evanuerunt* I, A^1: *ista evanuerint* A^2, c. — III 10, 2 *utrum* [*tandem*] I: *utrum* ⟨*tandem*⟩ A^1, A^2, c. — V 1, 4 *ut* ⟨*tu*⟩ *videres* I: *ut* [*tu*] *videres* A^1, A^2, c. — V 9, 1 *Antium venimus* I: *Actium venimus* A^1, A^2, c. — V 9, 1 *Antio maluimus* I: *Actio maluimus* A^1, A^2, c. — V 10, 1 *de re* I: *de te* A^1, A^2, c. — V 12, 2 *statu* [*litteras*] I, A^1: *statu* ⟨*litteras*⟩ A^2, c. — V 17, 5 *nescio quid* [*mihi*] I, A^1: *nescio quid* ⟨*mihi*⟩ A^2, c. — V 20, 7 *futurum est* I: *futurum sit* A^1, A^2, c. — V 21, 7 [*in*] *ulla* I: ⟨*in*⟩ *ulla* A^1, A^2, c. — V 21, 9 *ibi in ius* I, A^1: *ibi Iunius* A^2, c. — V 21, 10 *Bruti causam* I, A^1: *Bruti causa* A^2, c. — V 21, 10 *si profectus* I: *si praefectus* A^1, A^2, c. — V 21, 10 ⟨*quo*⟩ *vexabat* I, A^1: [*quo*] *vexabat* A^2, c. — V 21, 11 *dicere ea me solvere* I, A^1: *dicere se a me solvere* A^2, c. — V 21, 11 *consuessem* I: *consuessent* A^1, A^2, c. — VI 1, 2 [*haec*] *ante lucem* I, A^1: ⟨*haec*⟩ *ante lucem* A^2, c. — VI 2, 4 *multo valde* I, A^1: *multae valde* A^2, c. — VI 6, 1 *certe scio* I, A^1: *certo scio* A^2, c. — VII 1, 5 *duos superiorum* I, A^1: *duos superiores* A^2, c. — VII 6, 1 *tibi fiunt* I, A^1: *tibi sunt* A^2, c. — VII 10, 1 *fierent aut* I: *fieret aut* A^1, A^2, c. — VII 18, 4 *enim putavi* I: *enim putatur* A^1, A^2, c. — VII 19 *litteras duas* I, A^1: *litteras tuas* A^2, c. — VII 23, 1 *idem timere* I, A^1: *id timere* A^2, c. — VII 26, 2 *possim servare* I: *possim servem* A^1, A^2, c. — VIII 1, 1 *Philotimus. Heri ipsam* I: *Philotimus scripserat. Ipsam* A^1, A^2, c. — VIII 2, 4 *in quibus animadverto* I, A^1: *in quibus animadvertito* A^2, c. — VIII 3, 4 *Apulia deleta* I: *Apulia delecta* A^1, A^2, c. — VIII 3, 7 *suum autem Afranium* I, A^1: *summa autem Afranium* A^2, c. — VIII 4, 1 *fratre vulgo ab* I, A^1: *fratre vulgoque ab* A^2, c. — VIII 11, 1 *illud autem totos* I, A^1:

illud tamen totos A^2, c. — VIII 14, 1 *quod magis defuerit* I, A^1: *quod magis debuerit* A^2, c. — VIII 15, 3 *aut legati* [*sunt*] I, A^1: *aut legati* ⟨*sunt*⟩ A^2, c. — IX 1, 3 *missis littoribus* I: *missis lictoribus* A^1, A^2, c. — X 4, 3 *contra* [*huius*] *voluntatem* I, A^1: *contra* ⟨*huius*⟩ *voluntatem* A^2, c. — X 14, 3 *certum fore* I: *certo fore* A^1, A^2, c. — X 16, 1 [*cui*] *ego quidem* I, A^1: ⟨*cui*⟩ *ego quidem* A^2, c. — XI 3, 2 *vitare potuisse* ⟨*arbitraris*⟩ I, A^1: *vitare potuisse* [*arbitraris*] A^2, c. — XI 23, 1 *Camillio* — *Camillius* I: *Camillo* — *Camillus* A^1, A^2, c. — XII 1, 1 *in Agnino* I: *in Anagnino* A^1, A^2, c, — XII 7, 1 *cum eo blandissime* I, A^1: *cum eo liberalissime* A^2, c. — XII 18, 1 [*neque de re*] *statutum* I: ⟨*neque de re*⟩ *statutum* A^1, A^2, c. — XII 18a, 1 *propter pedes* I: *propter praedes* A^1, A^2, c. — XII 19, 1 *et certis aspici possit* ⟨*locis*⟩ I: *et Circaeis aspici possit* [*locis*] A^1, A^2, c.

A^1 et A^2, cum non paucis locis veram lectionem in textum introduxerint, compluribus locis textum ex I expressum corruperunt falsis atque impudenter excogitatis lectionibus:

I 1, 1 [*est*] *hominum non aliena rationi* I: [*est*] *hominum non aliena* ⟨*videatur*⟩ *rationi* A^1: [*est*] *hominum* ⟨*videatur*⟩ *non aliena rationi* A^2, c. — I 14, 7 *petitur re navabo* I: *petitur renovabo* A^1, A^2, c. — I 16, 11 *ludet si gladiatoribus* I: *ludentes gladiatoribus* A^1, A^2, c. — I 18, 1 *ita sum* ⟨*ab omnibus*⟩ I, A^1, c: *ita sum* [*ab omnibus*] A^2. — II 20, 1 *quia volo* I: *quia ut video* A^1, A^2, c. — III 17, 3 *cave* [*vereare*] *ne aut* I, A^2, c: *cave* ⟨*putes*⟩ [*vereare ne*] *aut* A^1. — IV 8a, 1 *postquam misit libros* I, A^1: *postquam misisti libros* A^2, c. — IV 17, 2 *et perscriptionibus* I, A^1: *et praescriptionibus* A^2, c. — V 2, 2 *me expense sua* I, A^1: *me impense sua* A^2, c. — VI 1, 23 *nostrum* [*omnia*] *praeter* I, A^1: *nostrum* [*omnia*] *praetorem* A^2, c — VII 3, 1 *Esculanum veni* I, A^1: *Tusculanum veni* A^2, c. — VII 7, 1 *illud putato* I: *illud peccato* A^1, A^2, c. — VII 7, 5 *coeptum est* I, A^1: *coeptum fuisset* A^2, c. — VII 11, 5 *ora via Caesaris* I, A^1: *ratio viae Caesaris* A^2, c. — VII 13a, 4 *omnibus nuntiantibus* I, A^1: *omnibus* ⟨*iis*⟩ *nuntiantibus* A^2, c. — VII 14, 3 *ut satis* I, A^1: *utrum satis* A^2, c. — VII 17, 1 *haec*

aeque commodum I: *haec aeque commoda* A^1: *hoc aeque commodum* A^2, c recte. — VIII 2, 4 *erit diple* I, A^1: *erit ipse* A^2, c. — VIII 2, 4 *profectus* I, A^1: *profecturus* ⟨*eram*⟩ A^2, c.

VIII 3, 3 *legibus servi mei contra* I, A^1: *legibus C. Metelli contra* A^2, c. — VIII 3, 6 *sed malle* I, A^1: *sed* ⟨*hoc*⟩ *malle* A^2, c. — VIII 15, 2 *scribis ionupsi meum nam* I: *scribis nam* A^1 spatio vacuo relicto ante *nam*: *scribis μεμψίμοιρον nam* A^2, c. — IX 2a, 1 *quam nihil praetermittis* I: *quamquam nihil praetermittis* A^1, A^2, c: 'Alii *quam nihil*' A^{12} in margine. — IX 12, 4 *liberetur* I, A^1: *liberer* A^2, c. — X 8b, 1 *condemnasse quo* I, A^2, c: *condemnasse* ⟨*videare*⟩ *quo* A^1. — X 11, 2 *mihi quae* [*Axius*] *in* I, A^1: *mihi* [*quae Axius*] *in* A^2, c. — XI 9, 2 *solvi* I, A^1: ⟨*solus*⟩ *solvi* A^2, c. — XI 12, 1 *fratrem lituum* I, A^1: *fratrem illicium* A^2, c. — XI 14, 3 *Minucium parentum* I, A^1: *Minucium parentem* A^2, c. — XII 1, 2 *noctuabundus ad me venit* I: *noctu Abundus ad me venit* A^1, A^2, c. — XII 5, 4 *vitandae fuerunt* I: *mutandae fuerunt* A^1, A^2, c. — XII 6, 2 *ain tu verum* I: *in tu unum* A^1: *Ain tu unum* A^2, c. — XII 47, 2 *inferiores sumus* I: *infirmiores sumus* A^1, A^2, c; correxit, ut non nullis aliis locis, C. — XIII 22, 3 *ea tum foras* I: *ea timui foras* A^1, A^2, c. — XIII 26, 2 *nihil enim somnii* I: *nihil* ⟨*est*⟩ *enim somni* A^1, A^2, c. — XIII 29, 3 *causam sirare videor* I: *causam desiderare videor* A^1, A^2, c. — XIII 37, 4 *facies me* I: *facias me* A^1, A^2, c. — XV 1b, 2 *aut ex te quaererem* I: *aut* ⟨*certe*⟩ *ex te quaererem* A^1, A^2, c.

Multae corruptelae ex editione Romana in A^1 et A^2 migraverunt; itaque non numquam editio Iensoniana et editio Romana*) in textum Ascensianarum coaluerunt, id quod ex non nullis earum quas modo attulimus et ex his lectionibus apparet:

V 14, 1 *adiiciebatur primum* I, A^1: *annuntiabantur primum* Romana: 'Alii *adnuntiabantur*' A^1 in margine: *adnun-*

*) Editionem Romanam nos non contulimus atque ea quae adferimus ex Orellii adnotatione critica sumpsimus.

ciabantur primum A², c. — V 21, 5 *sed Julia* I: *se Julia* Romana, A¹, A², c. — V 21, 11 *sum petivi etiam* I: *sum demum etiam* Romana: *sum ⟨demum⟩ petivi etiam* A¹: *sum ⟨demum⟩ [petivi] etiam* A², c. — VI 1, 1 *Cibitriste meas* I, A¹: *Cibyrate meas* Romana: *Cibyrata meas* A², c. — VII 13 a, 2 *esse timidius* I, A¹: *esse tardius* Romana, A², c. — VII 20, 2 *calere* I: *carere* Romana, A¹, A², c. — VII 26, 1 × *on**) *venit* I: *Nunc venit* Romana, A¹, A², c. — VII 26, 3 *et ego* I, A¹: *⟨num⟩ et ego* Romana, A², c. — X 3 a, 2 *idem sibi* I: *idem ⟨quoque⟩ sibi* Romana, A¹, A², c. — X 4, 5 *nisi divine* I, A¹: *nisi de ea* Romana: *nisi de ea divine* A², c. — X 5, 2 *summam* I: *sententiam* Romana, A¹, A², c. — X 7, 3 *spero nullum* I: *video nullum* Romana, A¹, A², c. — X 8, 2 *fieri ⟨non debet⟩* I, A¹: *fieri ⟨dicitis oportere⟩* Romana, A², c. — X 8 b, 1 *proclinata* I: *inclinata* Romana, A¹, A², c. — XI 2, 4 *fuit. Ab tuis et* I, A¹: *fuit citius. Et* Romana, A², c. — XI 7, 1 *es ita factum* I, A¹: *es [ita] factum* Romana, A², c. — XI 25, 2 *illum cessisse* I, A¹: *illum excessisse* Romana, A², c. — XII 5, 4 *vitandae* I: *mutandae* Romana, A¹, A², c. — XII 6, 2 *immo scilicet* I, A², c: *unum scilicet* Romana, A¹. — XII 14, 3 *sed ad vultum* I: *sed ad vulnus* Romana, A¹. A², c. — XIII 1, 2 *hortos habebo* I, A¹: *hortos habeo* Romana, A², c. — XIII 25, 1 *mihique dixisses* I, A¹: *mihique didicisses* Romana, A², c. — XIII 40, 1 *ad me ast* I, A¹, c: *ad meas. At* Romana, A². — XIII 42, 1 *tacui. at ille* I, c: *tacui. Et ille* Romana, A¹, A². — XIII 46, 2 *de sua vini curatione* I: *de sua vi in Curione* Romana: *de sua vi in Curionem* A¹, A², c. — XIV 8, 1 *fuga mihi ⟨non⟩* I, c: *fuga mihi [non]* Romana. A¹, A². — XIV 10, 2 *cum laetanti ita videbatur* I: *tum laetanti ita videbatur* A¹, A² in margine: *tum lectitanti ita videbatur* Romana, A², c. — XIV 15, 3 (2) *inveterata verebar* I, A¹: *inveterata videbatur verebar* Romana: *inveterata videbatur* A², c.

Quae cum ita sint, A¹ et A² plane diffidendum esse iudico; multos enim errores et coniecturas A¹² ex

*) Prima quaeque littera in principio epistularum omittitur.

editione Romana et aliunde hauserunt, verae autem lectiones ab A¹ ² repositae aut ex Romana videntur profectae aut coniectura ortae esse: nullo quidem loco A¹ ² melioribus codicibus quam ENHORPM usas esse putamus.

Multo aliter atque in A¹ et A² res in editione Cratandrina acta est; nam primum Cratander multas ex codicibus lectiones in margine posuit: quae lectiones C quanti aestimandae sint, recte Hofmannus p. 34 squ. exponit. Quod si istae lectiones in libris de finibus a Madvigio editis accurate collectae sunt, quamquam ad eos libros recensendos antiquis atque bonis codicibus, Palatinis A et B atque Erlangensi E, utimur, multo pluris C in epistulis ad Atticum faciendae sunt, cum omnes codices qui exstant praeter fragmenta Wurceburgensia XIV vel XV saeculo scripti sint. Sed in istis lectionibus ne quid nos fallat magna cautio adhibenda est: quam facile autem fallamur, paucis explicabimus. De finibus II § 56 haec est difficilis sententia *Sic vester sapiens magno aliquo emolumento commotus cum causa si opus erit dimicabit*, in qua quid sit *cum causa* dubium est neque nos explicare possumus: illud certum est, A B habere *cum causa*, C eandem lectionem quae est in deterioribus codicibus *animi causa*. Mira est ista dissensio inter A + B et C, quoniam multis iisque optimis lectionibus apparet, C gemellum esse codicum Palatinorum: unde igitur ista coniectura — nam *animi causa* coniecturam esse recte Madvigius intellexit — in codicem Cratandri irrepsit? Erit qui coniciat, Cratandri codicem ex eodem parente atque A + B profectum, post autem lectione ex deterioribus codicibus hausta corruptum esse. Quae coniectura quam falsa sit, idem facile intelleget, si editiones Ascensianas inspexerit; nam et A¹ et A² in margine habent *animi causa*, itaque Cratandrina editio istam lectionem ex A¹ et A² accepit. — Ad Att. XI 17, 1 *P. tanta eo me* in codicibus invenitur. Ex *P. tanta* Malaspina ingeniosissime ac rectissime *Putato* restituit; I A² c habent eandem lectionem *P. tanta*, C vero praebet *Pudet*. Unde tandem istud *Pudet* Cratander hausit? si ex

suis codicibus, minor istis lectionibus fides habenda est, cum tam inpudenti coniectura inquinati fuerint; sin *Pudet* Cratander ex suo alteriusve ingenio addidit, et editorem coniecturis indulsisse neque omnibus locis utrum C ex codicibus an ex ingenio alicuius docti viri proficiscatur internosci posse apparet. At vide, quam aliter res sese habeat. I enim *P. tanta* habet, A^1 vero ut saepius coniectura locum restituere conata *Pudet tanta* in textu posuit, A^2 ad pristinam lectionem *P. tanta* rediit, sed *Pudet* in margine posuit, Cratander denique A^2 expressit, i. e. et *P. tanta* in textu habet et *Pudet* in margine servavit: itaque C omni ista suspicione liberanda totaque res A^1 tribuenda est.

Quae res cum ita sit, recte mihi dixisse videor, maxima opus esse cautione in C adhibendis ne quid nos fallat: itaque cum et A^{12} non numquam in margine lectiones habeant appositas cumque Cratander A^2 expressisse et A^1 inspexisse non nullis locis videatur, omnibus locis videndum est, num C ex A^1 et A^2 profecta sit; XI 17, 1 quidem aut C omnino neglegenda est aut 'A^2mgo, C' ponendum est.

Accurate etiam videndum est, num C cum A^1 consentiat; si consentit, non C, sed A^1C ponendum est, quod rationibus effici diiudicarique non potest, utrum Cratander eam lectionem C ex codicibus an ex A^1 hauserit. Quamquam nos credimus, rarissime C ex A^1 profectam esse, quod plerisque locis, quibus C cum A^1 consentit, A^1 C vera lectio aut codicibus probata est: quod si C pluribus locis ex A^1 hausta esset, saepius accidisset, ut C cum A^1 perversa lectione consentiret. I denique Cratandro praesto fuisse non credimus; neque enim locum esse putamus, unde C ex I ortam esse appareat.

His igitur locis C minoris aestimanda est, quod incertum est utrum Cratander C ex suis codicibus an ex A^{12} hauserit:

I 1, 1 *ita quiddam spero* I, A^1, C*): *ita quidem spero* A^2, c.

---

*) Ipsa res facit, ut plura verba adferam, quam re vera in C inveniuntur; quod nisi facerem, loci a me allati non facile reperirentur.

— I 1, 1 *meridie non lucere* I, A^2 margo, C: *meridie non liquere* A^1, A^2, c. — I 5, 5 *autem contendendum* I, A^1, C: *autem contemnendum* A^2, c. — I 12, 1 *mandat tibi* I, A^1, C: *mando tibi* A^2, c. — I 16, 4 *postulationibus* A^1, C: *petitionibus* I, A^2, c. — I 16, 12 *divisoris habitaret* I: *divisores habitarent* A^1, C: *divisores haberent* A^2, c. — I 17, 3 *huius incommodi* I, A^1, C: *huiusmodi incommodum* A^2, c. — I 17, 5 *ingenuitas* I, A^1, C: *integritas* A^2, c. — I 20, 2 *reprimi* I, A^1, C: *reprimerem* A^2, c. — II 12, 4 *obviam venisset* I, A^1, C: *obvenisset* A^2, c. — II 14, 1 *quam ⟨cum⟩ optima* I, A^1, C: *quam [cum] optima* A^2, c. — II 16, 1 *primum ex eo* I, A^1, C: *proximum ex eo* A^2, c. — II 16, 4 *quod scribis* I, A^1, C: *quod scribit* A^2, c. — II 19, 3 *minitabantur* I, A^1, A^2, C: *minabantur* c sola; dubium est, utrum *minabantur* Cratander in cod. invenerit atque ita consulto in textu scripserit an *minabantur* ortum sit ex errore typothetarum, ad quem corrigendum antiqua et vera lectio *minitabantur* in margine adiecta sit. — II 21, 4 *dilexi nimis* I, A^1, C: *dileximus* A^2, c. — II 24, 2 *deduxit* I, A^1, C: *adduxit* A^2, c. — III 7, 1 *Nam* I, A^1, C: *Natura* A^2, c. — III 7, 2 *vitaeque* I, A^1, C: *utique* A^2, c. — III 10, 2 *⟨non⟩ amitterem* I, A^1, C: *[non] amitterem* A^2, c. — III 15, 4 *perferri* I, A^1, C: *proferri* A^2, c. — III 19, 3 *invisas* I, A^1. C: *revisas* A^2, c. — III 21 *potissime* I, A^2, c: *potissimum* A^1, C: A^1 margo 'Alii *potissime* scribunt'. — IV 3, 2 *ruere* I, A^1, C: *furere* A^2, c. — IV 12 *Petilia* I, A^1, C: *Pilia* A^2, c. — IV 15, 9 *legerat* I, A^1, C: *legarat* A^2, c. — VII 11, 1 *semel illius modi* I, A^1, A^2, C: *semel istius modi* c; ex hoc loco apparet, Cratandrum non numquam et veram atque novam lectionem recepisse in textum et falsam atque veterem in margine posuisse.

Iterum dico, me non credere Cratandrum plerisque eorum locorum quos attuli C ex A^1 hausisse; cum vero neque ipse diiudicare audeam neque quemquam intellegere posse putem, utrum C uno quoque loco ex codicibus an ex A^1 profectae sint, pro 'C' ponendum iudico 'A^1 C', ubicumque constat, C cum A^1 consentire.

Altera neque minor est quaestio, quanti c, i. e. ipse

textus editionis Cratandrinae, aestimandus sit; qua in re tanto opere nos cum ab aliis tum ab Hofmanno, viro doctissimo, dissentimus, ut Cratandrum perraro coniecisse vel coniecturam recepisse, plurimis locis veram lectionem ex suis codicibus restituisse, itaque c plerisque locis non minoris quam C aestimandam esse credamus. Cum vero res tam difficilis atque impedita sit, ut maxima diligentia adhibenda sit, eademque cum dignissima sit quae subtilius tractetur, quod perspicuum est, non modo ad has epistulas ad Att., sed etiam ad multos alios Ciceronis aliorumque scriptorum libros recensendos interesse ut appareat, ecquo modo deperditorum codicum lectiones recuperari possint, paulo latius de tota re disputabo. Wesenbergius, cum I non pendere ex M intellexisset neque vero novorum codicum lectionibus uteretur, multo maiorem I tribuit auctoritatem quam par erat: idem maiorem etiam fidem I habendam esse probabat, ubicumque I cum A^1 A^2 c consentiret; itaque multis locis I A^1 A^2 c ei lectioni quae in M invenitur praetulit. Sed Wesenbergium magno opere errasse, quod lectionibus I in A^{12} c servatis magnam auctoritatem tribuit, ex iis locis apparet, quos supra p. 54 attuli: nam plerique errores editionis Iensonianae in A^1, ex A^1 in A^2, ex A^2 in c irrepserunt, non nullis locis A^1 et A^2 aut coniectura falsam lectionem corrigunt aut alicunde veram restituunt, denique raro pro multitudine falsarum lectionum editio Cratandrina textum Ascensianae posterioris mutat.

Cum vero ex iis locis quos supra attuli appareat, quam stulte A^{12} c ea quae I posuit servaverint, tum inde intellegitur, quod Z et W, quibus codices Cratandri adfines fuisse infra demonstrabo, plurimis locis optimam lectionem habent sive habuerunt, quibus c pravam ex I A^{12} haustam servavit:

VI 1, 22 [*dies*] I, A^{12}, c: ⟨*dies*⟩ W. — VI 1, 23 *addes etiam iis* I, A^{12}, c: *adde sis* W. — VI 1, 23 [*in*] *quibus* I, A^{12}, c: ⟨*in*⟩ *quibus* W. — VI 1, 25 *centena* I, A^{12}, c: *centenos* W. VI 1, 25 *Quae res* I, A^{12}, c: *quod res* W. — VI 3, 6 *Caius* I, A^{12}, c: *Gavius* W. — VI 3, 6 *profecto* I, A^{12}, c: *praefecti* W, ZL^1. — VI 3, 7 *Gravius* I, A^{12}, c: *Granius* W. — XI 5, 3

Basilio I, A^{12}, c: *Basilo* W. — XI 23, 1 *a nullo* I, A^{12}, c: *ab illo* W. — XI 23, 3 *maiorum* I, A^{12}, c: *malorum* W, ZL^2.

Apparet, Cratandrum raro codices inspexisse neque ex silentio Cratandri — silet enim, ut ita dicam, ubicumque cum I A^{12} consentit — quicquam auctoritatis colligi ad I probandam. Multo vero aliter iudicandum esse puto de iis lectionibus, quas Cratander primus in textu posuit atque novavit: quas cum Hofmannus p. 33 plane neglegendas duxerit neglexeritque Baiterus, recte Wesenbergius, ut erat homo prudentissimus atque acutissimi iudicii, ipsam rem invenit atque compluribus locis ex c veram lectionem restituit. Cum vero idem homo doctissimus rem optime inventam non persequeretur neque exponeret, qua via ac ratione lectiones a Cratandro novatae inveniri possent, factum est ut paucis eam rem probaret. Nos, quoniam Wesenbergium rectissime iudicasse credebamus, hanc rationem excogitavimus:

Multis in libris posteriore editione de prioribus detrahenda collatio deperditorum codicum efficitur.

Itaque, ubicumque aliquando veteres editores aut ipsi se codicibus usos esse adfirmant aut usi videntur esse, ita veterum codicum lectiones recuperantur, ut investigetur:

a) Nisi novas lectiones ex codicibus profectas esse ipse editor testis est, quis primus veras lectiones in textu posuerit. b) Novae istae atque verae lectiones utrum ex aliquo codice an ex coniectura ortae esse videantur. c) Pluresne novae atque rectae lectiones ab eodem editore in textum receptae sint. d) Sive editor ipse se codicibus usum esse scribit sive istas novas lectiones ex codicibus sumptas esse conicimus, quae prior editio in ista posteriore editione expressa sit. e) Ecquam aliam praeterea editionem is qui posteriorem editionem curavit ad textum constituendum adhibuerit. f) Detracta posteriore editione de prioribus quae novae lectiones reliquae sint. g) Quem locum in codicum stemmate istae novatae lectiones obtineant. h) Utrum omnes novae lectiones ex codicibus sumptae an non nullae coniectura ortae esse videantur.

Quisquis hanc viam ac rationem in iis lectionibus quas Cratander novavit sequitur, non habet quod eas quaestiones quas sub a b c posuimus expediat, quoniam ipse Cratander se novis codicibus usum esse scribit. Idem Cratandrum A^2 expressisse, raro A^1 usum esse inveniet; nam aldinam quae anno 1521 prodiit Cratandrum neglexisse puto. Detracta vero Cratandrina editione de A^2 et A^1 multae atque novae lectiones reperiuntur, quae et in M et in WZ et in iis quos nos contulimus codicibus sunt: plerasque vero istas lectiones ex codicibus profectas esse apparet, perpaucis locis Cratander coniecturis videtur usus esse.

Recte me ea quae supra posui dixisse ex his rebus apparere puto: a) Cratander non modo in epp. ad Atticum, sed in multis libris Ciceronis lectiones (C) in margine apposuit; quibus lectionibus cum in libris de finibus recensendis Madvigius et Baiterus usi sint, quod intellegebant, C simillimam esse codicibus optimis qui A et B appellantur, eae quae in aliis libris, maxime in Academicis prioribus et in libris de divinatione, inveniuntur, nunc plane latent, etsi C in istis Academicis et in libris de divinatione magni pretii sunt, paulo minoris in libris de legibus, parvi in libris de officiis, in Tusculanis disputationibus, in libris rhetoricis. Quod si in iis libris c de A^2 et A^1 detrahitur, eae lectiones, quae a Cratandro novatae sunt, plurimis locis cum optimis codicibus consentiunt, non paucis locis ita ab isdem codicibus dissentiunt, ut c, i. e. lectio a Cratandro novata, vera sit lectio. Nos istas lectiones nondum edidimus, hoc rogamus, ut hac in re nostro iudicio vel potius nostrae fidei fides habeatur. b) In Academicis posterioribus ed. Cratandrina lectiones in margine appositas non habet, sententias Graecas ad textum Latinum pertinentes habet: in his autem libris Cratander nihil mutavit, nullam lectionem novavit. c) In oratione in P. Vatinium Cratander multas easque bonas lectiones in margine apposuit, idem in textu multas lectiones novavit quae cum optimis codicibus consentiunt. d) In oratione in L. Pisonem usque ad § 38 Cratander nullam habet in margine

lectionem: idem novam lectionem usque ad § 37 in textum non recepit; inde a § 38 Cratander raro lectiones in margine habet: idem inde a § 37 raro textum mutavit. e) Non nullae lectiones, quas Cratander primus in textum epistularum ad Atticum invexit, iam nunc ab omnibus receptae sunt: quae tales sunt, ut non omnes ex ingenio docti alicuius hominis profectae esse videantur; cff. XVI 6, 1 *ad* c: *et* M. — XVI 6, 1 *oporteret* c: *oportet et* M. — XIII 45, 1 *Baebio* c: *babio* M. — XIII 21, 5 *ego* c: *eo* M. — XII 16 *probabatur* c: *probatur* M. — XII 12, 1 ⟨*sed vereor ne minorem τιμὴν*⟩ c: [*sed vereor ne minorem τιμὴν*] M; Baiterus quod adnotat '*sed vereor ne minorem τιμὴν* Cratander (ex interpolatione)', ipse demonstrat, quam incerto iudicio in tota re critica usus sit; etenim, si ex interpolatione Cratander ista verba inseruit, dedecet eum sequi quod apparet, quam variae rationes ad locum explendum pateant. — XI 2, 4 ⟨*si*⟩ c: [*si*] M. — IX 15, 6 *sedulo* c: *scevola* M. — V 10, 5 ⟨*tempore*⟩ c: [*tempore*] M. — IV 19, 2 *accedet* c: *accedit* M. — IV 1, 7 *adiungit* c: *adiunxit* M. — II 23, 3 *nostrae* c: *noster* M. — II 4, 7 *tu censeo* c: *ut censeo* M. — Paucas lectiones Baiterus ex c sumpsit, non nullas ex c se sumpsisse scribit, quae iam in A^1, A^2, I inveniuntur: itaque nos hoc loco paucas attulimus, infra demonstrabimus, quot lectiones a Cratandro primo in textum invectae sint. f) Quo plura folia ex W inveniebantur, eo magis apparebat c ex codicibus haustam esse. g) Plurimae lectiones, quas Cratander novavit, cum M et cum iis codicibus quos nos contulimus consentiunt; multae a M dissentiunt, cum novis codicibus consentiunt; multas ex iis, quae et a M et a novis codicibus dissentiunt, aut Z aut W habet; non paucae denique, quae nullo omnino codice confirmantur, tales sunt ut et veras esse appareat neque coniectura repertas esse.

Ut ea quae sub e – g posui omnibus probem, ita rem instituo, ut primum eas lectiones, quae a Crat. in libris I—VIII novatae sunt atque cum M consentiunt, adferam; deinde plurimas ex iis lectionibus, quas Crat. in libris IX—XVI novavit, ita colligam, ut Δ, Σ, Z, I, v. c., W, ubi cum c con-

sentiunt, adferam: qua in re mihi hoc sumo, ut l et v. c. aliquid auctoritatis tribuam: quae quanta sit quidque l et v. c. valeant, in capite V demonstrabo.

Ex his igitur locis etiam is, qui M utebatur, Σ carebat, intellegere potuit, quanta fides c (= lectioni quam Cratander *primus* in textu posuit) habenda esset:

I 1, 1 *quo puerum tuum* priores editiones, id est A^{12}: *quo tuum puerum* c, M. — I 1, 4 Graecus versus omissus est in I, A^1; eius loco A^2 habet *ignoscendum esse ϑεῖον γὰρ ἀγαϑὸν ἡ τιμή vides enim*: *ignoscendum esse ἐπεὶ οὐχ ἱερήϊον οὐδὲ βοείην vides enim* c, M; Graeca verba adsunt etiam in indice Graeco editionis Cratandrinae, de quo infra disputabimus. — I 2, 1 *quos volumus* priores: *quos voluimus* c, M. — I 2, 1 *coniunctiorem [illum] nobis* priores: *coniunctiorem ⟨illum⟩ nobis* c, M. — I 2, 2 *nostro honori fore* priores: *honori nostro fore* c, M. — I, 4, 3 *gratum est ornamentum* priores: *gratum est ⟨et⟩ ornamentum* c, M; *gratum est: est ornamentum* Wesenbergius correxit. — I 5, 8 *Terentia ⟨tua⟩ magnos* priores: *Terentia [tua] magnos* c, M. — I 8, 2 *[me] admodum delectant* priores: *⟨me⟩ admodum delectant* c, M. — I 9, 2 *⟨et⟩ signa Megarica* priores: *[et] signa Megarica* c, M. — I 11, 1 *[cur] cum ego antea* priores: *⟨cur⟩ cum ego antea* c, M. — I 12, 2 *hilarem* priores; *hylarem* M^1: *Hilarum* c; *hylarum* M^2. — I 13, 1 *lacessitus ad scribendum* priores: *lacessitus ad rescribendum* c, M. — I 13, 2 *ut [aut] interire* priores: *ut ⟨aut⟩ interire* c, M. — I 13, 4 *sed hoc ad te* priores: *sed haec ad te* c, M. — I 13, 6 *pervenire. Teveri* priores: *pervenire. Teucri* c; *pervenire teucris* M. — I 14, 4 *si unquam mihi [περίοδοι . . . . κατασκευαὶ] suppeditaverunt* I; *si unquam mihi ἐπιχειρήματα suppeditaverunt* A^{12}: *si unquam mihi περίοδοι ἢ καρποὶ ἢ ἐνϑυμήματα ἢ κατασκευαὶ suppeditaverunt* c et index Graecus in c; *si unquam mihi περίοδοι si καρποὶ si ἐνϑυμήματα si κατασκευαὶ suppeditaverunt* M; ZL^2, ZB quoque ἢ pro *si* habent. — I 14, 6 *laudator imitator amator* priores: *laudator amator imitator* c, M. — I 16, 2 *ut ⟨id⟩ ita fieret* priores: *ut [id] ita fieret*

c, M. — I 16, 4 *cum hae ut mos est* priores: *cum eae ut mos est* c, M. — I 16, 6 *ius et fas* priores: *ius ac fas* c, M. — I 16, 7 *ut sperarant mali* priores: *ut sperarunt mali* c, M. — I 16, 10 *quoniam ante nummos* priores: *quoniam nummos ante* c, M. — I 16, 11 *misera et ieiuna* priores: *misera ac ieiuna* c, M. — I 16, 13 *pronunciaverit* priores: *pronunciarit* c, M. — I 17, 4 *ita ⟨esse⟩ statueris* priores: *ita [esse] statueris* c, M. — I 17, 6 *ego tum antea* priores: *ego quum antea* c, M. — I 20, 1 *nihil [iam] amplius* priores: *nihil ⟨iam⟩ amplius* c, M. — I 20, 7 *ille aget maximas* priores, M^2: *ille agit maximas* c, M^1. — II 1. 5 *sed ego odi illam* priores: *sed ego illam odi* c, M. — II 1, 8 *itemque [ii] consules* priores, M^1: *itemque ⟨ii⟩ consules* c, M^2. — II 2, 2 *Κορινθίων καὶ Ἀθηναίων* priores: *Κορινθίων et Ἀθηναίων* c, M. — II 3, 3 [*εἰς ἑκάτερον*] priores: ⟨*εψσεκατερρον*⟩ c; '*Σωκρατικῶς ἐψεκάτεῤῥον* (sic enim habebat vetus codex) arbitror legi posse' index Graecus; *EICEKATPPON* M. — II 3, 5 *sed hoc* priores: *sed haec* c, M. — II 5, 1 ⟨*Πουλυδάμας . . . . ἀναθήσει*⟩ c, index Graecus in c, M: in prioribus desunt verba. — II 5, 2 *quae leges novae* priores: *quae novae leges* c, M. — II 5, 3 *exspecto litteras tuas* priores: *exspecto tuas litteras* c, M. — II 7, 1 *orationes a me autem* priores: *orationes autem a me* c; *orationes autem [a] me* M. — II 9, 1 *ex Solonio* priores: *e Solonio* c, M. — II 12, 3 *multum salutis* priores: *multam salutem* c, M. — II 13, 1 [*αὐθωρεὶ*] priores: ⟨*αὐθωρεὶ*⟩ c, index Graecus in c, M. — II 16, 2 *μικροῖσιν* priores: *σμικροῖσιν* c, index Graecus in c, M. — II 18, 3 *atque [etiam] libera* priores: *atque ⟨etiam⟩ libera* c, M. — II 21, 6 *molestia ⟨esse⟩ discessuros* priores: *molestia [esse] discessuros* c, M. — II 22, 6 *sed certo videntur* priores: *sed certe videntur* c, M. — II 24, 3 *quem constat eo* priores: *quem constabat eo* c, M. — II 24, 3 *quum praetor esset* priores: *praetor quum esset* c, M. — II 25, 2 [*Cura ut valeas*] I; [*Cura ut valeas*] ⟨*Vale*⟩ A^{12}: ⟨*Cura ut valeas*⟩ [*Vale*] c, M. — III 5 [*ut*] *eodem amore sis* priores: ⟨*ut*⟩ *eodem amore sis* c, M. — III 7, 1 *a te mihi litteras* priores: *mihi a te litteras* c. M. — III 7, 1 *in tam*

familiari loco priores: *tam familiari in loco* c. M. — III 9, 1 *malui eum properare* priores: *eum malui properare* c. M. — III 9, 3 *mihi agendum sit* priores: *agendum mihi sit* c, M. — III 9. 3 ⟨*Et*⟩ *litteras, quas ad* priores: [*Et*] *litteras, quas ad* c. M. — III 10. 3 *quam quid ipse scribam* priores: *quam quod ipse scribam* c. M. — III 13, 2 *quibus salutem meam carissimam* priores: *quibus meam salutem carissimam* c, M. — III 15, 4 *neque eo haec scribo* priores: *neque haec eo scribo* c, M. — III 17, 1 *Sextii pueri venerunt* priores: *Sestii pueri venerunt* c, M. — III 20, 1 *certe scio* priores: *certo scio* c, M. — III 20, 2 *si ea modo nobis restituatur* priores: *si ea modo nobis restituetur* c, M (sed M[1] *sic amodo*). — III 23, 1 *eo* [*ipso*] *die dedisse* priores: *eo* ⟨*ipso*⟩ *die dedisse* c, M. — III 25 *operam illum quod* I: *operam illud quod* A[1 2]: *operam id quod* c, M. — IV 1, 1 *gratularer cognovi enim* priores: *gratularer cognoram enim* c, M. — IV 2, 1 *itaque has* ⟨*litteras*⟩ *alteras dedi* priores: *itaque has* [*litteras*] *alteras dedi* c, M. — IV 12 *tota nostra salutat* priores: *nostra tota salutat* c. M. — IV 14, 2 [*forte*] *de comitiis de re publica* ⟨*forte*⟩ priores: ⟨*forte*⟩ *de comitiis de re publica* [*forte*] c, M. — IV 15, 2 *tuum puto* [*tibi*] *suscipiendum* priores: *tuum puto* ⟨*tibi*⟩ *suscipiendum* c, M. — IV 15, 7 [*σῆμα δέ τοι ἐρέω*] priores: ⟨*σῆμα δέ τοι ἐρέω*⟩ c, M. — IV 18, 1 [*ΠΟΡΠΑΠΥΜΝΑ*] priores: ⟨*ΠΟΡΠΑΠΥΜΝΑ*⟩ c, index Graecus in c, M. — IV 19, 1 *transmissionis* [*δέρρεις*] priores: *transmissionis* ⟨*δέῤῥις*⟩ c, M. — V 9, 2 *cum id non agetur* priores: *cum id non agitur* c, M. — V 11, 4 [*ἐπικώπων*] priores: *ἐπικὸν δή* c, index Graecus in c; *ΕΠΙΚΟΝΔΕΙ* M.; similia etiam veteres libri Lambini, ZB, v. c. — V 12, 1 *deinde Delum* priores: *inde Delum* c. M. — V 13, 1 *intelligere certe* priores: *intelligere certo* c, M. — V 14, 1 *si meas* [*παράπηγμα ἐνιαύσιον*] *commovero* priores: *si meas* ⟨*παράγγελμα ἐνιαύσιον*⟩ *commovero* c, index Graecus in c: *si meas* ⟨*ΠΑΓΓΕΓΜΑ ἐνιαύσιον*⟩ *commoveto* M. — V 17, 1 *ab quibus aberam* priores: *a quibus aberam* c. M. — V 19, 3 [*τὸ*] *νεμεσᾶν* priores: ⟨*τὸ*⟩ *νεμεσᾶν* c, M. — V 20, 6 [*ΠΕΦΕΣΙΩΑΙ*]

priores: ⟨*πέφεισμαι*⟩ c; ⟨*ΠΕΦΕCΙΩ ΑΙ*⟩ M. — V 21, 2 *ipsa prima aestate* priores: *ipse prima aestate* c, M. — V 21, 5 *reperies tum abstinentia* priores: *reperies quum abstinentia* c, M. — VI 1, 2 *nobis obtinentibus eam* priores: *nobis eam obtinentibus* c, M. — VI 1, 3 *loco res fuit* priores: *loco res erat* c, M. — VI 1, 7 *atque hoc superioribus* priores: *atque haec superioribus* c, M. — VI 1, 11 *nec [enim] ego* priores: *nec ⟨enim⟩ ego* c, M. — VI 1, 11 *solum ille excipit* priores: *ille solum excipit* c, M. — VI 1, 15 *de possessionibus haereditatum* priores: *de haereditatum possessionibus* c, M. — VI 1, 15 *iure dicendo* priores: *iure dicundo* c, M. — VI 1, 18 *Εὔπολιν [τὸν] τῆς* priores: *Εὔπολιν ⟨τὸν⟩ τῆς* c, M, W. — VI 1, 22 *illo die fuit* priores: *illo die fui* c, M, W. — VI 1, 26 *incidunt mysteria* priores: *incidant mysteria* c, M, W. — VI 4, 2 *ne satis diligenter* priores: *ut satis diligenter* c, M. — VI 5, 1 *λογισμοισ* A^1; *συλλόγοις* A^2: *ξυλλόγοις* c, M. — VI 5, 2 [*ἄστεως ἑπτα*]*λόφου* priores: ⟨*ἄστεως ἑπτα*⟩*λόφου* c; *ἄστεως ΥΠΓΛΛΟΦΟΥ* M. — VI 5, 2 *πάντων ὀφληθέντων* priores: *πάντων ὀφειληθέντων* c, M. — VI 5, 2 *μένειν* ⟨*κενεόντε νέεσθαι*⟩ priores: *μένειν* [*κενεόν τε νέεσθαι*] c, M. — VI 5, 3 *in tanto maerore [suo]* priores: *in tanto maerore ⟨suo⟩* c, M. — VI 5, 3 *nihil certi habemus* priores: *nihil certi habebamus* c, M. — VII 1, 4 [*καιαθήσει*] priores: ⟨*καταθήσει*⟩ c, M. — VII 1, 8 *eos ego etiam [antea]* priores: *eos ego etiam ⟨antea⟩* c, M. — VII 2, 4 *esse* [*τὴν*] priores: *esse* ⟨*τὴν*⟩ c, M. — VII 3, 10 [*δήμους*] priores: ⟨*δήμους*⟩ c, M. — VII 9, 3 *si volet id* priores: *si id volet* c, M. — VII 11, 3 [*που . . . . ἀνδρῶν*] A^1; *οὕτω που τῶν ἔμπροσθεν ἐπιθυμούμεθα* A^2: *οὕτω που τῶν πρόσθεν ἐπευθόμεθα κλέα ἀνδρῶν* c. index Graecus in c, M. — VII 11, 5 *quoniam quidem mutabilia* priores: *quidem quoniam mutabilia* c, M. — VII 15, 2 *se iturum sine Catone* priores: *se sine Catone iturum* c, M. — VII 17, 2 *scire te iam oportet* priores: *scire iam te oportet* c, M. — VII 20, 2 *poteris rescribas* priores: *poteris rescribes* c, M. — VIII 2, 3 *sic iam enim* priores: *sic enim iam* c, M. — VIII 8, 2 *at ille [tibi]* priores: *at ille ⟨tibi⟩*

c, M. — VIII 8, 2 *tradidisse se* I; *[se] tradidisse* A[12]: *⟨se⟩ tradidisse* c; *se tradisse* M. — VIII 9, 3 *ergo Arpini volo* priores: *ego Arpini volo* c, M. — VIII 11 d, 3 *affertur litterarum [tuarum]* priores: *affertur litterarum ⟨tuarum⟩* c, M. — VIII 15 a, 1 *si te huc* priores: *si huc te* c, M.

Non nullas lectiones a Cratandro inde a libro II usque ad librum VIII novatas adferimus, quae, cum a M dissentiant, tamen ex codicibus haustae sunt, quod cum Σ (omnibus vel aliquot codicibus) vel cum aliis testibus consentiunt:

II 1, 6 *⟨ita⟩ provisum* priores editiones, M: *[ita] provisum* c, Σ, s. — II 22, 1 *opes eorum [et] vim* I, N, H, E: *opes e×××m vim* O[1]: *opes [eorum] et vim* A[12], Δ, O[2]: *opes ⟨eorum⟩ et vim* c, Ant., F, P. — IV 8 b, 1 *[tibi] est commodum* priores, Δ: *⟨tibi⟩ est commodum* c, Σ, ZB, codd. Malaspinae. — IV 8 b, 2 *semper nostri* priores, Δ: *nostri semper* c, Ant., F, Σ. — IV 13, 1 *Romae ad* XVIII I, Δ: *Romae ad* VIII A[12]: *Romae ad* XIII c, H, P: *Romae ad* XIIII O[1], N. — V 4, 2 *ad illam epistolam* priores, Δ: *ad eam epistolam* c, Σ. — V 9, 1 *sine iis impedimentis* priores, M[2]: *sin eis impedimentis* M[1]: *sine impedimentis* c, Σ, s. — V 9, 1 *faciam denique* priores, Δ: *facio denique* c, Σ. — V 10, 3 *[non] perscribo* priores, Δ: *⟨non⟩ perscribo* c, Σ. — VI 1, 2 *putaram secus* priores, Δ: *putaram ⟨paulo⟩ secus* c, Σ. — VI 1, 3 *revocavi me* priores, Δ: *me revocavi* c, Σ. — VI 1, 9 *litteras publice* priores, Δ: *publice litteras* c, Σ. — VI 1, 12 *dixit Socrates* I, s: *dixit Isocrates* A[12], M: *Isocrates* (vel *Socrates*) *dixit* c, Σ. — VI 2, 3 *tene autem* priores, Δ: *Tenea autem* c, Σ, v. c. — VII 2, 3 *velles [se] a me* priores, Δ: *velles ⟨se⟩ a me* c, Ant., Σ. — VII 3, 7 *ab illo [hoc tempore]* priores, Δ, Σ: *ab illo ⟨hoc tempore⟩* c, I, ZB. — VIII 6, 2 *dabis operam [ut] quam* priores, Δ: *dabis operam ⟨ut⟩ quam* c, Σ*). — VIII 12, 3 *debui praesertim cum* priores, Δ: *debui cum praesertim* c, Σ. — VIII 13, 1 *occiderit nec cuiquam* priores, Δ: *occiderit neque cuiquam* c, Σ.

---

*) Iam Σ indicat consensum E, O, R vel, ubi E deficit, O, R, P.

Adferö denique plurimas lectiones, quas Cratander primus in textu posuit librorum IX—XVI; quae quoniam plurimae cum M, s vel Z vel W vel v. c. vel Σ consentiunt, ex codicibus haustas esse apparet: in qua re illud admoneo, Σ consensum codicum E O R vel, ubi E abest, O R P significare; quamquam vis illarum lectionum non minuitur, ubi c non cum omnibus codicibus Σ, sed cum uno vel duobus codicibus consentit; id enim unum demonstrare voluimus, lectionem c plerisque locis non ex ingenio alicuius docti viri, sed ex aliquo codice profectam esse: qualis ille codex fuerit et quanti aestimandus sit, hoc capite exponere nolumus.

IX 4, 2 *κινδυνεύειν* priores editiones, *κινοδυνεύειν* s: *κινδυνεύσειν* c, M; *σ* habent O, P, R. — IX 4, 2 [*καιρῷ καὶ λόγῳ*] priores, Δ: ⟨*καιρῷ καὶ λόγῳ*⟩ c, ZL¹, Memmiani (teste L¹), Huralt. (teste L²), ZB, O (sed is *καινῷ*). — IX 4, 2 *κινδύνου ἰτέον* priores: *ἰτέον κινδύνου* c, Δ, O. — IX 4, 2 *πολιορκητέον ταύτην* priores, M, s (sed is *πάντην*), O: *πολιορκητέον αὐτὴν* c sola recte. — IX 5, 1 *acceperat a te* I: *acceperat* A¹²: ⟨*a te*⟩ *acceperat* c, Δ, Σ. — IX 5, 2 *enim* [*hoc*] *negem* priores: *enim* ⟨*hoc*⟩ *negem* c, Δ, Σ, veteres libri Malaspinae. — IX 6, 3 [*et*] *senatores* priores: ⟨*et*⟩ *senatores* c, Δ, Σ. — IX 6, 4 *ἦτορ ἔμπεδον* priores, Δ: *ἦτορ* ⟨*ἔτ'*⟩ *ἔμπεδον* c; *ἔτ'* habent O, R, P. — IX 6, 5 *eripe mihi hunc* priores, Δ: *eripe hunc mihi* c, E. R. — IX 6a *saepe et saepius* priores, Δ, Σ: *saepe et saepe* c sola errore typographico. — IX 7, 3 *tibi illud placere* priores: *tibi placere illud* c, Δ, Σ. — IX 9, 4 *circum* ⟨*eum*⟩ *illum* priores, M², s: *circum* [*eum*] *illum* c, Σ, M¹. — IX 10, 5 *καὶ πολιτικὸν* priores: *ac πολιτικὸν* c, Δ: *ΑCΠΟΛΕΙΤΙΚΟΝ* E, *AC* etiam PR: *φιλοπάτριναϲ καὶ πολιτικὸν* O. — IX 10, 6 *cum* [*tu*] *ad me* priores: *cum* ⟨*tu*⟩ *ad me* c, Δ, Σ. — IX 10, 6: [*a*] *te quaedam significari* priores: ⟨*a*⟩ *te quaedam significari* c, Δ, Σ. — IX 10, 8 [*ibi*] *καραδοκήσεις* priores: ⟨*ibi*⟩ *καραδοκήσεις* c, Δ, O, R, P (sed IBI in RP; in O eadem manus quae Graeca inseruit *ibi* scripsit); E *Gr̃* habet pro *τὸ μέλλον ibi καραδοκήσεις*. — IX 11, 4 *εὐδαίμονα* [*et Mesopotamiam*] priores, Δ, R: *εὐδαίμονα* ⟨*et*

Mesopotamiam⟩ c: *εὐδαίμονα* ⟨*et μεσοποταμίαν*⟩ v. c., codd. Bosii, P: *εὐδαίμονα et* ⟨spatium vacuum 18 fere litterarum⟩ O. — IX 11 a in inscriptione *Caesari* [*Imp.*] priores: *Caesari* ⟨*Imperat.*⟩ c: *Caesari* ⟨*Imp.*⟩ M, Σ: *caesari* ⟨*imperatori*⟩ s. — IX 13, 1 *Caesaris quasi scriberet Pompeium* priores: *quasi Caesaris scriberet Pompeium* c, Δ, Σ. — IX 13, 2 *potest* [*quicquam*] *non* priores, s: *potest* ⟨*quicquam*⟩ *non* c, Σ; M habet duas lectiones, ex quibus neutra vera est. — IX 13, 8 *litteris Idus Martias* I: *litteris Idi. Martiis* Λ^{12}: *litteris Idibus Mart.* M: *litteris idibus marī.* s: *litteris* ⟨*III.*⟩ *Id. Mart.* c, Σ (sed Σ *idus* vel *ydus*). — IX 15, 3 [*τένλαϑι κύντερον*] priores, s: ⟨*ΙΕΤΑΔΚΥΝΤΕΡΟΝ*⟩ c, similia M, O, P, R. — IX 15, 5 *te ipsum quonam modo hic violavit* priores, Δ, Σ: *te ipsum quodam modo hic violavit* c sola recte. — IX 15, 5 *Philargyro bene* priores, Δ, Σ: *Philargyro bene* ⟨*curasti*⟩ c, v. c., ZB. — IX 15, 6 *Trebatius Scaevola* priores, Δ, R, O^2: *Trebatius Sevola* P: *Trebatius* *s*$\overset{?}{\times}$*dvola* O^1: *Trebatius sedulo* c sola recte. — IX 16, 1 *dedi litteras. Ad VII* priores: *dedi litteras. Ad VI* c, Δ, Σ. — IX 18, 3 *certe cedo reliqua* priores, Δ, Σ, C: *certe credo reliqua* c, quem errorem C in margine correxit. — IX 19, 2 *Titiniano* priores, Δ, O^1: *ricimano* P, R: *Titiano* c, O^2. — X 1, 1 *et* [*paulum*] *lectis* priores, Δ, Σ: *et* ⟨*paulum*⟩ *lectis* c, ZB. — X 1, 1 *iudicio* [*me*] *comprobari* priores, M^1, s: *iudicio* ⟨*me*⟩ *comprobari* c, Σ, M^2; et c et Σ et Δ habent in iis quae antecedunt *ut me quasi.* — X 1, 1 *ergo* [*μὴ μάν in*] *quid ille* [*ἀσπουδί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην*] priores, s: *ergo* ⟨*μὴ μὰν*⟩ *quid ille* ⟨*ἀσπουδείγε καὶ αὐτὸς* [*ἀπολοίμην*]⟩ c, similia M, R, P: *μὴ μὰν* ⟨spatium vacuum 7 fere litterarum⟩ *quid ille λογιώταιε καὶ νῦν καὶ ἀεὶ ὅς* [*ἀπολοίμην*] O. — X 1, 1 *ea . . . saepe legenda* priores: *eam . . . saepe legenda* c: *eam . . . saepe legendam* Δ, Σ; ex hoc loco apparet, quam neglegenter textus in Cratandrina editione tractatus sit: prius vocabulum correctum est, posterius non correctum est. — X 4, 3 *sed tum pium* priores: *sed cum pium* c, Δ, Σ. — X 4, 6 *diligentiam nunc sive* priores, M^2, s, E, R, O (sed *nunc*

n O m^{2} scripsit in rasura): *diligentiam nunc ⟨haec⟩ sive* c: *diligentiam M. nec sive* M^{1}. — X 5, 2 *earum rerum exitum* priores: *harum rerum exitum* c, Δ, Σ. — X 8, 4 *nunquam* [*id*] *egit* priores: *nunquam* ⟨*id*⟩ *egit* c, Δ, Σ. — X 8, 7 *ea pene ante* priores: *ea pone ante* c, Δ, Σ. — X 8, 10 [*συμπάθειαν*] priores: *sim* [*πάθειαν*] s: ⟨*συμπάθειαν*⟩ c: ⟨*sim συμπάθειαν*⟩ O: ⟨*sim ΠΑΕΙΑΝ*⟩ M, P, R. — X 10, 3 post *ad Curionem* [Graeca desunt] priores, s: *ad Curionem* ⟨*σύνες ὅ, τι λέγω*⟩ c, itaque Cobetus admirabili sagacitate coniecit, sed is *ὅ τοι*: *ad Curionem* ⟨*συνετῶσ τοι λέγω*⟩ O: *ad Curionem* ⟨*CINEΩTΘIΛETΩ*⟩ M (unde Victorius effecit *σὺν θεῷ τοι λέγω*), similia P, R. — X 10, 3 [*δυσουρία*] priores, s: ⟨*δυσουρία*⟩ c, index Graecus in c, Σ, M. — X 11, 3 [*tempora sunt ut*] *omnia mihi sunt patienda* priores, Δ, E: [*tempora sunt ut*] *omnia mihi sint patienda* O, R: ⟨*tempora sunt ut*⟩ *omnia mihi sint patienda* c, W, ZB; sed Bosius omisit *mihi* in adn., habet in textu et in repetitione adnott. a. 1585. — X 11, 4 *quoniam scripsisti* priores: *quoniam scripsit* c, W, Δ, Σ. — X 11, 5 *quod θυμικώτερον ad me* priores, s: *quod* ⟨vacuum spatium⟩ *ad me* O: *quod ἀποθυμιῶς ad me* c: *quod ΑΠΟΥΟΜΩ ad me* W, M, R, P. — X 11, 5 [*iocatus*] *id tu si ille* priores, Δ, Σ: ⟨*iocatus*⟩ *id tu si ille* c, l, libri Bosii: ⟨*locatus*⟩ *id tu si ille* W. — X 12a, 2 [*παρακλεπτέον*] *igitur* priores, s: ⟨*παραθλειτέον*⟩ *igitur* c et index Graecus in c: ⟨*παραβλεπτέον*⟩ *igitur* O: ⟨*ΠΑΡΑΟΤΑΕΙΤΕΟΝ*⟩ *igitur* W, similia M, R, P, ZB. — X 12a, 4 *eo quicquam* [*ὑγιές*] priores, s: *eo quicquam* ⟨*ὑγιές*⟩ c, index Graecus in c, W, M, Σ. — X 12b, 3 (12, 7 ed. Baiter.) [*ἦθος ΑΚΙΜΟΛΟΝ*] priores, s: *ἦθος ἀκίμωλον* c et index Graecus in c: *ἦθος ἀκίμολον* O: *ἦθος ΑΚΙΜΟΛΟΝ* W, similia M, P, R. — X 12b, 3 [*διδακτὸν*] priores, s: ⟨*ΑΙΜΚΤΟΝ*⟩ c, similia W, M, Σ. — X 13, 3 *habes* [*EKITΛONON*] priores, s: *habes* ⟨*ἐκ τῶν ἀγώνων*⟩ c: *habes* ⟨*EKITΛONON*⟩ vel similia W, M, P, R: *habes* ⟨*ἐκ πλεόνων*⟩ O. — X 14, 1 *malum* ⟨*est*⟩ *tamdiu* priores: *malum* [*est*] *tamdiu* c, Δ, Σ. — X 14, 3 *eius augebant* priores, P: *eius angebant* c; etiam W, R *angebat*; O^{1}

angebat aut *angebant,* O^2 et M (sed Bait. in textu *angebant*) et s *augebant.* — XI 2, 3 *nisi quod tu* priores, P, R: *nisi quid tu* c, Δ, O. — XI 2, 4 [*si*] *signum requirent* priores, Δ, Σ: ⟨*si*⟩ *signum requirent* c sola recte. — XI 6, 3 *sic enim recipiunt* priores, Δ, Σ: *si enim recipiunt* c sola recte. — XI 6, 7 *vidisse* [*Q.*] *an euntem* priores, Δ, Σ: *vidisse* ⟨*Q.*⟩ *an euntem* c, v. c., ZB; O habet verba *attulit . . . tuas litteras* m^2 in margine adscripta. — XI 6, 7 *perferendas* IIII priores, Δ, Σ: *perferendas* VIIII c sola. — XI 7, 5 *ita* [*esse*] *perspexerint* priores, Δ, Σ: *ita* ⟨*esse*⟩ *perspexerint* c, W. — XI 8, 1 *iis ita* [*est*] *occurrendum* priores, Δ, Σ: *iis ita* ⟨*est*⟩ *occurrendum* c, W. — XI 9, 2 *pecuniam illi dedisse* priores: *illi pecuniam dedisse* c, W, Δ, Σ. — XI 12, 1 *sim Caesari allaturus* I, W, Δ, E, R: [*sim*] *Caesari allaturus* A^{12}: *Caesari* ⟨*sim*⟩ *allaturus* c, O. — XI 12, 1 *multisque mandari* [*me*] *non* priores, Δ, Σ: *multisque mandavi* ⟨*me*⟩ *non* c, W. — XI 15, 4 *in integro esse* [*malle*]. *Vale* priores, Δ, R, P (sed R, P *Cura ut valeas* pro *vale*): *in integrò esse* ⟨*malle*⟩. *Vale* c, I: *in integro esse* ⟨*malle*⟩. [*Vale*] O. — XI 16, 1 *exigue scripta* ⟨*haec*⟩ *est* priores: *exigue scripta* [*haec*] *est* c, Δ, Σ. — XI 22, 2 *quoquo modo agit* priores, s: *quoquo modo aget* c, M, Σ: *quod quomodo aget* W. — XI 23, 2 *quidem Rhodo venerat* priores, R, P: *quidam Rhodo venerat* c, W, v. c., Δ, O. — XI 24, 4 *nuntiantque quidem* I, M: *nuntiant quod quidem* A^1: *nunciant quidem* A^2: *nuntiant quidam* s: *nunciant quae quidem* c: *nuntiant que quidem* Σ. — XII 2, 1 [*L.*] *naves* priores: ⟨*L.*⟩ *naves* c, Δ, Σ. — XII 2, 1 *delata in Uticam* I, Δ, O: *delatas in Uticam* A^{12}: *delatam Uticam* E, R: *delatas Uticam* c sola recte. — XII 2, 2 *si quid acturus sis* priores: *si quid acturus es* c, Δ, Σ. — XII 5, 2 *noscenda* [*autem*] *est natura* priores, Δ: *noscenda* ⟨*autem*⟩ *est natura* c, Σ. — XII 6, 2 *liber ipse delectabit* priores, Δ: *ipse liber delectabit* c, Σ. — XII 6, 2 *amo enim* [*πάντα φιλόδημον*] priores, s: *amo enim* ⟨*πάντα φιλόδημον*⟩ c, O, similia M, R, P. — XII 6, 2 [*tam*] *valde admiratum* priores: ⟨*tam*⟩ *valde admiratum* c, Δ, Σ. — XII 6, 4 *quod erat* [*et εὐπινὲς*] priores, s: *quod erat* [*et*] ⟨*εὐπινὲς*⟩ M: *quod erat* ⟨*et εὐπινὲς*⟩

c, R, P: *quod erat* ⟨*et*⟩ *Gr̃*. E: *quod erat 'Ευπινὲσ* O, sed *'E* in rasura. — XII 7, 1 *fore ut ageretur* priores, Δ: *fore ut angeretur* c, Σ, sed P *augeretur*. — XII 7, 1 *omni gratia vinceremur* priores, O²: *omni gratia vinceretur* c, Δ, R, P: *omni gratia vincere+ur* O¹. — XII 7, 1 *non minus displicere* priores, Δ, O²: *non nimis displicere* c, O¹, R, P. — XII 8 [*sane*] *velim numquid* priores: ⟨*sane*⟩ *velim numquid* c, Δ, Σ. — XII 12, 1 [*sed vereor ne minorem τιμὴν*] priores, Δ: ⟨*sed vereor ne minorem τιμὴν*⟩ c, v. c., R, P, Ant., F 'quamquam Ant. abest graecum verbum, inani spatio relicto' Malaspina: O¹ quoque *sed vereor ne minorem* [*τιμὴν*] omisso Graeco vocabulo, sed vacuo spatio relicto habuisse ex reliquiis litterarum erasarum intellegitur. — XII 12, 2 *quod* ⟨*per*⟩*scribam* priores, Δ: *quod* [*per*]*scribam* c, Σ. — XII 13, 1 *ille* [*idem*] *urget* priores, Δ: *ille* ⟨*idem*⟩ *urget* c, v. c., codd. Bosii, Σ. — XII 16 *tuae domi probatur* priores, Δ, Σ: *tuae domi probabatur* c, v. c. — XII 16 *mihi adhuc nihil* priores, Δ: *mihi nihil adhuc* c, Σ. — XII 21, 5 *quos aequo animo videre* priores, Δ: *quos animo aequo videre* c, Σ. — XII 22, 2 [*et*] *num Clodia* priores, Σ, s: ⟨*et*⟩ *num Clodia* c, M, Ant. — XII 22, 3 [*te*] *rogo* priores, Δ, Σ: ⟨*te*⟩ *rogo* c, Z B. — XII 22, 3 *quid velim* [*et cur velim*] priores, Δ, Σ: *quid velim* ⟨*et cur velim*⟩ c, v. c., Z B. — XII 24, 2 *an post* priores, Δ: *an postea* c, E, O: *an posteae* R. — XII 26, 2 *nihil ad te scribere* priores: *nihil tibi rescribere* c, Δ, Σ. — XII 38, 3 *me fractum* [*esse*] priores: *me fractum* ⟨*esse*⟩ c, Δ, Σ. — XII 43, 3 [*sed*] *si ista* priores, Δ: ⟨*sed*⟩ *si ista* c, v. c., Σ. — XII 44, 2 *mihi vero* [*et*] *locum* priores, P: *mihi vero* ⟨*et*⟩ *locum* c, Δ, O, R. — XII 44, 2 [*ἐγγήραμα. Nam*] priores, s: ⟨*ἐγγήραμα. Nam*⟩ c, similia M, Σ. — XII 45, 3 [*σύνναον*] priores, s: ⟨*ἔννουν ναὸν*⟩ c: ⟨*σύνναον*⟩ M: ⟨*ἐυναον*⟩ O: *EYNNΔOH* R: *EYNHΔON* P. — XIII 1, 2 *deinde etiam* [*ad*] priores, s: *deinde etiam* ⟨*ad*⟩ c, Δ, Σ, sed P *etiam* omisit. — XIII 2, 3 *cum poteris* [*ergo*] priores, Δ: *cum poteris* ⟨*ergo*⟩ c, Σ. — XIII 3, 1 *longiores teneamus* priores, Δ, Σ, sed P *teneamus* vacuo spatio relicto omisit: *longior est. Teneamus* c recte; *lon-*

gior est ZL². — XIII 4, 2 *tibi saepius respondebo* priores: *tibi saepius respondeo* c, Δ, Σ. — XIII 6, 4 *maiores nostros* [*eos*] priores, Δ: *maiores nostros* ⟨*eos*⟩ c, l, Ant., F, Σ. — XIII 6, 4 [*non*] *multo minus* priores, Δ: ⟨*non*⟩ *multo minus* c, Σ. — XIII 7, 1 [*certe*] *fecisse* priores: ⟨*certe*⟩ *fecisse* c, Δ, Σ. — XIII 10, 1 *ista scribere* priores: *scribere ista* c, Δ, Σ. — XIII 12, 1 novae epistulae initium c prima facit, eademque prima 13, 1; 15, 1; 20, 3 a *Fratrem credo;* 24 a *Quid tibi ego;* 25, 2 a *Bruto ita volui* (*ita volui Bruto* ed. Baiter.); 26, 1; 27, 1; 28, 1; 29, 2 a *De hortis;* 30, 2 a *Commodum;* 31, 1; 32, 1; 33, 1; 33, 4 a *De Varrone;* 34, 1; 37, 1 a *De Xenonis;* 38, 1; 42, 1; 45, 1; 46, 1; 47a ab *O magistrum;* 48, 1; 49, 1 a *De Tigellio;* 50, 3 a *Miror te;* 52, 1; in fine epistularum plurimarum c *Vale* adicit; in Δ et Σ epistulae uno tenore sunt coniunctae. — XIII 18 *Plane haec* priores: *Plane hoc* c, Δ, Σ, sed O¹ *haec.* — XIII 19, 4 *sermo ita* priores, Δ: *ita sermo* c, Σ. — XIII 19, 5 [*πιθανὰ*] priores, s: ⟨*πιθανὰ*⟩ c, M, O: *ΠΙΟΔΝΔ* R: *CYΟΔΗΔ* P. — XIII 21, 3 *quanto hoc* priores, Δ, O²: *quanto haec* c, O¹, R, P. — XIII 22, 4 *eodem die* priores, Δ, Σ: *eadem die* c sola. — XIII 23, 1 [*in*] *quo maxime* priores, Δ: ⟨*in*⟩ *quo maxime* c, l, v. c., libri Malaspinae, Σ. — XIII 25, 2 *ita volui Bruto* priores, Δ: *Bruto ita volui* c, l, v. c., codd. Bosii, Ant., Σ. — XIII 25, 3 *intelliges non esse* priores, Δ: *non esse intelliges* c, codd. Bosii, Σ. — XIII 27, 1 *Epistolam ad Caesarem* priores, Δ, R, P: *De epistola ad Caesarem* c, v. c., codd. Bosii: *De epistolā* O, sed ‾ super *a* m² videtur scriptum esse. — XIII 33, 4 *cecidi belle* l, Δ: *cecidit belle* A¹²: *ceciditque belle* c, codd. Bosii, O: *cecidique belle* P (desunt E, R). — XIII 46, 2 [*se*] *confirmat* priores, Δ: ⟨*se*⟩ *confirmat* c, Σ. — XIII 47b, 1 [*quoniam*] *Balbus* priores: ⟨*quoniam*⟩ *Balbus* c, Δ, Σ. — XIII 48, 2 *legisse* [*me*] priores, Δ: *legisse* ⟨*me*⟩ c, l, v. c., Ant., F, Σ. — XIII 49, 2 *odisse libenter* priores: *libenter odisse* c, Δ, Σ, sed R, P *edisse.* — XIII 49, 2 *mehercule ut* [*tu*] priores: *mehercule ut* ⟨*tu*⟩ c, Δ, Σ. — XIII 50, 5 *versiculo Heros* priores: *versiculo Eros* c, Δ, Σ. — XIV 4, 2 *per* ⟨*se*⟩ *ipsos* priores,

M^2, s, E, O^2, R: *per* [*se*] *ipsos* c, v. c., libri Malaspinae, O^1, M^1. — XIV 5, 2 [*o*] *meam stultam* priores, Δ, Σ: ⟨*o*⟩ *meam stultam* c, itaque C. F. W. Muellerus coniecit ignarus lectionis Cratandrinae. — XIV 9, 1 *O Socratici viri* priores: *et Socratici viri* c, Δ, libri Malaspinae, Σ. — XIV 12, 1 *erat non ferenda* priores, Δ, Σ: *non erat ferenda* c sola. — XIV 13, 1 [*ἀλλ' .... ἀπολέσθαι*] priores, s: ⟨*ἀλλ' .... ἀπολέσθαι*⟩ c, M, Σ (non nullae litterae in M, O, R, P, ut multis aliis locis, sunt corruptae). — XIV 13, 4 *mansero* [*fore m*]*equidem* priores, Δ, Σ: *mansero* ⟨*fore m*⟩*e quidem* c, I, ZL^2, v. c., ZB, cod. Turnebi in Adv. XIII 5. — XIV 15, 1 ab *O mirificum* initium novae epistulae c prima facit, eademque prima novam epistulam instituit 17, 1. — XIV 18, 4 et 19, 1 *Pompeiano* [*VI Idus Mai. cogitabam.* 19, 1 *Nonis Maiis cum essem in Pompeiano*] *accepi* priores: *Pompeiano* ⟨*VI Id. Maij cogitabam. Nonis Maiis quum essem in Pompeiano*⟩ *accepi* c, Δ, Σ. — XIV 20, 5 *scribis* [*Antonii*] *est* priores, Δ, Σ: *scribis* ⟨*Antonii*⟩ *est* c, v. c., ZB. — XIV 21, 4 [*λῆρος πολὺς*] priores, s: ⟨*λῆρος πολὺς*⟩ c, similia M, Σ. — XV 1a, 2 [*inde*] *ante profectus* priores: ⟨*inde*⟩ *ante profectus* c, Δ, Σ. — XV 1a, 4 [*τὸ ἐκ τούτου*] priores, s: ⟨*ΤΟΕΣΤΟΥΟΥ*⟩ c, similia ZL^1, M, Σ. — XV 1a, 4 *quid hoc est* priores: *quid est hoc* c, Δ, Σ. — XV 4, 2 *ad te ante* priores, M, R, P: *ante ad te* c, O, s. — XV 4, 2 [*et*] *equidem non* priores: ⟨*et*⟩ *quidem non* c, Δ, Σ. — XV 4, 4 *nostris quid faciendum* priores: *quid nostris faciendum* c, Δ, Σ. — XV 12, 1 c prima novam epistulam instituit, eademque XV 13, 1. — XV 13, 5 [*haec*] *cum scribebam* priores, Δ, Σ: ⟨*haec*⟩ *cum scribebam* c, itaque Wesenbergius coniecit. — XV 15, 2 *cognovi hominem* priores: *hominem cognovi* c, Δ, Σ, sed P *hominem audivi.* — XV 17, 1 *ubi* [*sit*] priores: *ubi* ⟨*sit*⟩ c, Δ, Σ. — XV 16b [*οἶκος*] priores, s: ⟨*OIKOCOC*⟩ W, M, similia R, P: *οἶκος σὸσ* O: ⟨*οἶκος*⟩ c. — XV 19, 1 [*ἐργῶδες*] priores, s: ⟨*ἐργῶδες*⟩ c, O, similia M, R, P. — XV 21, 2 [*ἐποχὴν*] et [*ἀκεραίως*] priores, s: ⟨*ἐποχὴν*⟩ et ⟨*ἀκεραίως*⟩ c et, paucis litteris vitiosis, M, Σ. — XVI 3, 1 *exspectare* [*te*] *dicis* priores, Δ: *exspectare* ⟨*te*⟩ *dicis*

c, Σ. — XVI 3, 6 *cupio* [*absentem*] *suaviari* priores, Δ, Σ: *cupio* ⟨*absentem*⟩ *suaviari* c, l, v. c., ZB. — XVI 4, 4 *paratiorem* [*enim*] *offendi* priores, Δ: *paratiorem* ⟨*enim*⟩ *offendi* c, Σ. — XVI 5, 5 [*γαυριῶ*] priores, s: ⟨*γαυριῶ*⟩ c, M, similia Σ. — XVI 6, 1 *ubi fui quidem* priores: *ubi quidem fui* c, Δ, Σ. — XVI 8, 1 *Capuae* [*vel non longe a Capua*] priores, Δ, Σ: *Capuae* ⟨*vel non longe a Capua*⟩ c, v. c., ZB. — XVI 9 *ab Octavio nunc* priores, s, R, P, O^2: *ab Octaviano* c, M; *ab Octavio non nunc* O^1. — XVI 9 [*si*] *firmas* priores, Δ, Σ: ⟨*si*⟩ *firmas* c, v. c., ZB. — XVI 11, 3 *diligentiam. O Tite* priores, Δ, O, P: *diligentiam.* [*O Tite*] R: *diligentiam.* ⟨*Librum illum meum*⟩ *O Tite* c: *diligentiam.* ⟨*Librum meum illum*⟩ *O Tite* l, ZL^2. — XVI 12 *quid* [*tibi*] *dicam* priores, s: *quid* ⟨*tibi*⟩ *dicam* c, M, Σ. — XVI 13c, 2 *Mummio* [*censoribus*] priores, Δ, Σ: *Mummio* ⟨*censoribus*⟩ c, l, v. c. — XVI 14, 1 c prima novae epistulae initium facit. — XVI 14, 3 *senatus officium* priores, Δ, Σ: *senatus officium* ⟨*imperatoris officium*⟩ c, l. — XVI 15, 5 *reliqua sint* [*mihi*] priores, Δ: *reliqua sint* ⟨*mihi*⟩ c, Σ. — XVI 16, 1 *scripsi* [*misi*] priores, M^2, s, E: *scripsi* ⟨*misi*⟩ c, M^1, O, R. — XVI 16, 4 *Cum libellum* priores, s, R: *Eum libellum* c, M, O, E. — XVI 16, 6 *probaverunt causas* priores, Δ, Σ: *probaverunt causam* c sola recte. — XVI 16, 10 in inscriptione [*Suo*] priores: ⟨*Suo*⟩ c, s, R, O: abest inscriptio a P.

Quisquis eos locos quos attulimus perlustraverit atque haec consideraverit, multis locis c (i. e. *novam* lectionem a Cratandro primo in textum invectam) cum Δ et Σ et Z et W consentire, multis locis c a Δ dissentire, sed cum Σ consentire, i. e. vel omnibus codicibus ex Σ vel non nullis, haud paucis denique locis, quibus Δ et Σ cum prioribus editionibus consentiunt, c lectionibus ex Z et W prolatis confirmari, nobis assentietur iudicantibus, ubicumque c cum aliquo codice consentiat, ipsam c codicis instar esse, ubicumque c sola adsit atque ne ex W et Z quidem lectio nota sit, non neglegendam esse: itaque re vera c, id quod saepius diximus, sola non numquam veram habet lectionem atque eam quidem lectionem, quam non facile coniectura inveniri potuisse apparet.

Ex iis vero lectionibus, quae in c sola sunt atque sine dubio falsae sunt, multae typothetarum neglegentiae tribuendae sunt; quae quanta illis temporibus fuerit, ex veterum philologorum querelis atque ex ipsis libris illa aetate impressis intellegitur. Ad istos vero errores typographicos corrigendos is, qui textum editionis Cratandrinae correxit, hanc viam iniit, ut, cum ipse textus typis iam excussus corrigi aut aegre aut pro imperfecta arte typographica omnino non posset, veras lectiones a typothetis neglectas in margine adderet; itaque C, id quod supra exponere via ac ratio huius disputationis prohibuit, non numquam errores typographicos corrigit.

X 4, 11 ⟨*sed deferri consulatum*⟩ *sed* I, A^{12}, itaque omnes codices habent; c [*sed deferri consulatum*] *sed* praebet, i. e. a priore *sed* ad posterius typothetae oculi aberrarunt; difficillimum erat verba omissa in textu reponere; itaque is, qui textum correxit, ea verba in margine addidit. — X 7, 1 *sentiendum* ⟨*et tempori serviendum*⟩ I, A^{12}, itaque omnes codd. habent; errore typographico in textu c ea verba omissa, diligentia eius, qui textum correxit, in margine repetita sunt. — Contra XIII 33, 4 *campum* [*Martium coaedificari illum autem campum*] in c omissum est, adsunt verba in I, A^{12}, omnibus codd.; error vero eum, qui textum editionis Cratandrinae correxit, fugit neque in margine verba reposita sunt. — Multae igitur lectiones c, quas falsas esse apparet, erroribus typographicis tribuendae sunt; quisquis enim textum aliquo loco mutat, eo consilio mutat, ut sententia melior fiat; itaque non numquam falsae atque perversae lectiones invehuntur, quod is qui invehit prudentia atque ingenio caret: amentes vero lectiones nemo solet excogitare neque eas, quibus genuina lectio, non dico peior fiat, sed insana. Itaque his locis falsa lectio in c errori typothetarum videtur tribuenda esse:

IV 6, 4 *fac ut ab eo sumas — valde bella est — eumque ut approperet adhorteris* priores: *fac ut ab eo sumas — valde bella est — eumque et approperet adhorteris* c sola, falso. — VI 4, 2 *deinde de honore nostro; quod enim tu abfuisti, vereor* priores: *deinde de honore nostro; quod non tu abfuisti, vereor*

c; scilicet A^2 pro *enim* habet *.n.*, illudque *.n.* is, qui typos posuit, *non* esse putavit neque is qui textum editionis correxit eum errorem sustulit. — VII 7, 6 *et Labieni divitiae et Mamurrae placent et Balbi horti et Tusculanum* priores: *et Labieni divitiae et Mamurrae placent et Balbi horti et Tusculani* c; non obscurum est, unde *Tusculani* pro *Tusculanum* ortum sit. — VIII 9, 2 *quanto autem ferocius ille causae suae confidet* priores *quanto autem ferocius illae causae suae confidet* c. — IX 10, 2 *quid feci non consideratissime* priores: *quod feci non consideratissime* c. — IX 13, 8 *maneamus ergo in illa eadem sententia* priores: *maneamus ergo in illa ea= / sententia* c sola, hoc est, c habet *ea=* in fine versus cum lineari ligamento, ex quo apparet in capite eius qui sequebatur versus *dem* neglegentia typothetae omissum esse. — IX 18, 3 *cedo reliqua* priores, C: *credo reliqua* c; apparet *credo* incuria typothetarum in textum irrepsisse atque *cedo* in margine appositum esse, ut mendum tolleretur. — XIII 16, 1 *eosdem illos sermones ad Catonem Brutumque transtuli. Ecce* priores: *eosdem illos sermones ad Catonem Brutum. Ecce* c mediis omissis; gravissimus error non est correctus. — XV 17, 2 *ut eas vel in* priores: *ut eos vel in* c.

Perraro denique eum qui editionem Cratandrinam curandam susceperat vel ipsum ex suo ingenio vel ex coniectura alicuius docti hominis textum mutasse puto; coniecturas quidem has lectiones a Cratandro novatas existimo:

VII 1, 7 *quam qui non decrevit [plus decrevit]* I, A^1, A^2: *quam mihi non decrevit [plus decrevit]* c. — XV 1 a, 3 *sed vix enim et ad* I, A^1, A^2: *[sed] vix enim et ad* c; scribendum id, quod M in margine habet, *seduxi enim et ad.* — XII 4, 2 *etiam si a sententiis eius dictis* I, A^{12}: *etiam si assentis eius dictis* c. — XII 49, 1 *puto quidam* I, A^{12}: *puto quidem* c.

In talibus vero locis incertum est neque accurate diiudicari potest, utrum istae lectiones ipsi editori vel philologo alicui an codicibus iis quibus Cratander usus est tribuendae sint; nam etsi Cratandri codices optimos fuisse nos credimus, tamen eosdem liberos omni coniectura fuisse non putamus.

Eadem ratione, qua c indagandam esse puto, usus sum in investigandis quibusdam vocabulis Graecis, quae Cratander, cum in suis codicibus repperisset, in indice Graeco, quem iam saepius commemoravi, posuit et illustravit. Etenim cum et in A² et in editione Cratandrina 'Interpretatio Latina Graecorum' sit, quam Cratander ante opera rhetorica posuit, detrahendo indice Graeco c de indice Graeco A² facile perspicitur Cratandrum *primum* multa vocabula Graeca ex codicibus aut in textu posuisse aut in isto indice explicasse.

Ex illo igitur indice Graeco, quem nemo ante nos inspexisse videtur, hos locos adfero:

II 12, 2 *conviviis tuis ἀστυάγης* A¹, s: *conviviis tuis ἀστυάγους* A², c: *conviviis tuis ACEATOYC* M, *ἀστυάγους* margo M, *ACEAΘOIC* P, *ACEATOIC* P, *ἀσελγοῦς* O: *convivii tui ἀσελγοῦς* C: 'Ἀστυάγους, *Astyagis*. Sed rectius legas, *convivii ἀσελγοῦς*' index Graecus primus in c. — II 13, 1 [*αὐθωρεὶ*] priores editiones, s: ⟨*αὐθωρεὶ*⟩ c, M, R, O: *AIEOPEI* P: '*ἀνθωρεῖ*, eadem hora' index Graecus in c. — IV 7, 2 *ηκεσυν φθυμεν οισιν* A¹, *ἦκε σὺν φθιμένοισιν* A², c: *οἶχον σὺν φθιμένοισιν* s, O, margo M: *OIXOCIH ΦΘIMINOICIN* M, *AIXOTINΦΘIMINOIHI* P: *OIXOCIHΦΘIMINOICIN* R, sed primae litterae *OI* ita in unam coaluerunt, ut *M* videantur esse: 'Legitur tamen in nonnullis codicibus *οἶχ' ὁσίη φθιμένοισιν*' index Graecus in c. — IV 7, 3 *ὅδε οὐκ ἔστι μῦθος* A¹², c: *ὁ δὲ οὐκ ἐμῦθον* s: *ὁ δὲ οὐκ EMITZETO MYΘON* M: *OAEOYKEMITZETOMYΘON* R: *OAEOIKEMITZETOMIΘΩN* P: *ὁ δὲ οὐκ ἐπείθετο μύθῳ* O: 'Vetus exemplar habebat, *ὁ δὲ οὐκ ἐμίιτειο μῦθον*' index Graecus in c. — IV 8b, 2 [*σ. μ. τ. Λ. σ.*] *ουδε ουτω ωμοιων το νυν ειδωλον* A¹: [*σ. μ. τ. Λ. σ.*] *οὐδὲν οὕτω ὁμοιοῦται νῦν εἴδωλον* A², c: *οὐδὲν οὕτω ὁμοιόντε τῶ νῦν* s: ⟨*σ. μ. τ. Λ. σ.*⟩ *οὐδὲ ἓν NOYTΩ OMOION TETONHN* M: *ὀνπώμὰ τὴν δήμητρας εἰκόνα ὅυδὲ ἓν οὕτω ὅμοιον γέγονεν* vel *γέτονεν* O: *EYIΩMATHNAHMNTPACYKONYAEENNOYTΩOMOYONTETONHN* R: corruptiores etiam litteras habet P: 'Verum sic

habebat codex antiquus: *οὐ μὰ τὴν δήμητρα οὐκ οὐδὲ ἓν οὕτω ὅμοιον γέγονεν'* index Graecus in c. — IV 15, 3 *ἡμερολόγειον* A^{12}. c: *ἡμερολεγεῖον* s. margo M: *ἡμερολόγιον* O: *ΗΜΕΡΟΛΕΤΛΟΝ* P: *ΚΗΜΕΡΟΛΕΤΛΟΝ* R, sed *K* expunctum: *ἡμερόλεγδον* C, 'quanquam codex vetustus habeat. *ἡμερόλεγδον'* index Graecus in c. — X 2, 1 [*λαλαγεῦσα*] *iam adest* priores. s: *ΜΜΤΕΥCΛ* M: *ΜΛΛΤΕΥCΛ* P, O: *ΜΛΛΤΕΥCΛ* R: ⟨*μάντευμα*⟩ *iam adest* c, sed index Graecus in c '*μάντευμα* . . . Sic autem scriptum videbatur in codice veteri. Verum si propius tuearis, et perpendas literarum characteres, potius legendum erit, quod non multo ante reperitur folio 162. C. (scil. IX 18, 3, ubi A^{12}c habent *ἀλλὰ τελέαν*) *ἀλλὰ τελέαν*, seu ut rectius habebat, *ἀλλὰ τελοῦσα'*. — X 8, 9 [*πλουδοκῶν*] A^{1}, s: ⟨*πλουτοδοκῶν*⟩ A^{2}, c: *προσεδόκων* O: *ΠΛΟΧΟΩΚΟΝ* P: *ΠΟΛΧΛΟΚΩΗ* R: *πλουδοκῶν* M, C: '. . . *πλουδοκῶν*, si quidem ita legere malis' index Graecus in c. — XII 5, 1 *venisse* [*ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφειοῦ νετρήνην*] *ut scribis* A^{12}. c: index Graecus in c 'post haec verba, *sed ad ἠρινὴν eum venisse*, adde: *ΛΝΛΠΕΣΕΜΝΕΣΝ ΛΙΦΕΙΟΥΙΝΕΓΡΗΝΗΝ*. puto autem legendum *ἀναπνευσάμενον*, seu *ἀναπνευσαμένον* (!) *ἀλφειοῦ'* index Graecus in c. Litteras contortas ex M, Z, O, R, P hic adferre non opus est. — XII 51, 2 *τοῦτο δὲ γνώσῃ* A^{2}, c: [*τοῦτο δὲ μηλώσῃ*] A^{1}, s: *τοῦτο δὲ μὴ δόσοι* O: *ΤΟΥΤΟΛΕΜΝΛΟCΗ* R: *ΤΟΙΤΟΛΕΜΗΛΟCΗ* P: *τοῦτο δὲ ΜΗΟCΗ* M: *μηλώσῃ* C: '. . . legas. tu autem *μηλώσῃ'* index Graecus in c. — XIII 20, 4 *δεδεῖχθαι* A^{12}, c: 'seu *δεδῆχθαι'* index Graecus in c, M, s, O: *ΛΕΛΗΧΘΛΙ* P: *ΛΕΙΛΗΧΘΛΙ* R. — XIII 31, 3 *ad Caesarem κελτικὰ* A^{12}, c, s, margo M, O: *ΚΕΚΒΙΚΛ* M, P, ZL^{2}, ZB: '*κελτικὰ* . . . sed legerim *κεκρικά*, ex fide veteris codicis' index Graecus in c, v. c. — XIII 40, 2 [*κέπφωμα*] A^{12}, s: *ΚΕΦΦΩΜΛ* M, R: *ΚΕΦΟΜΛ* P: *κέκφωμα* O: ⟨*κέπφωμα*⟩ c et index Graecus in c. — XIV 5, 1 [*ἡσίτησας*] A^{12}, s: *ICEITHCΛC* M, O, R, P: ⟨*ἐσίγησας*⟩ c et index Graecus in c: *ἡσίτησας* ZL^{2}, cod. Turnebi Adv. XIII 5, codd. Bosii. — XIV 7, 2

πειχνωσ A^1: πυκνῶς A^2, c: 'quanquam exemplar πεινὸς habebat' index Graecus in c, Δ, O: ΠΕΙΠΟC R, P. — XIV 13, 1 tres versus Graeci ab IA^{12} absunt, sed ita ut in IA^2 vacuum spatium relictum sit: et c et index Graecus in c eos versus habent, sed index Graecus Ἀλλὰ pro ἀλλ'. — XV 5, 1 [ὅτε ναῦς] ανθρακεν A^1: [ὅτε ναῦς] ἀνθρακεύς A^2, c: [ο. ν. α.] s: *ΟΤΕΝΑΥCΑΝΘΡΑΚΕC* M: ὅτε ναῦς ἄνθρακες C: '... tametsi alii codices habeant, ὅτε ναῦς ἄνθρακες' index Graecus in c: lectiones ex O, R, P, ZB non adfero, quod simillimae sunt C, ind. Gr. in c, M. — XV 19, 1 [ἐργῶδες] A^{12}, s: ⟨ἐργῶδες⟩ c et index Graecus in c, O: *ΕΡΚΩΘΑΕC* M: *ΕΡΚΟΘΑΕC* P: *ΕΡΚΩΘΑΕC* R.

Indicem Graecum editionis Cratandrinae cum indice Graeco ed. Ascensianae comparantes intellegimus, quam modeste is, qui Cratandrinam curavit, codicibus usus sit; nam priore loco et Graeca verba et versionem Latinam, quae quam perversa saepe sit vix credibile est, ex A^2 indice exprimit, tum suorum codicum lectionem atque Latinam explicationem subicit. Cum vero codices illi Graecas litteras saepe contortas et corruptas haberent, factum est, ut non nullis locis editio Cratandrina falsas lectiones novaret: eadem compluribus locis vel prima vel sola genuinam lectionem praebet.

Ex istis vero Graecis lectionibus in C, c, indice Graeco apparet: a) Cratandrum multas easque stultissimas lectiones et versiones ex A^2 sumpsisse neque mutasse, quod raro codices inspiciebat. b) Cratandrum non omnes eas lectiones, quas in indice posuit, in textum recepisse vel in margine posuisse; itaque non unum hominem, sed complures editionem epistularum curasse puto. c) Cratandrum non omnes eas lectiones, quas in textu aut in margine novavit, in indicem Graecum recepisse. d) Codicibus compluribus Cratandrum usum esse. e) Istos codices Graeca verba quadratis litteris scriptas habuisse; nam ubicumque lectio obscura erat, quadratis litteris Cratander et in margine et in textu et in indice usus est. f) Eam diligentiam, qua nos in conferendis codicibus utimur, alienam a Cratandro fuisse, quippe qui ad X 2, 1

haec in interpretatione scribat: ·μάντευμα .... Sic autem scriptum videbatur in codice veteri. Verum si propius tuearis, et perpendas literarum characteres, potius legendum erit, quod non multo ante reperitur folio 162. C. (i. e. IX 18, 3) ἀλλὰ τελέαν, seu ut rectius habebat ἀλλὰ τελοῦσα'. λαλαγεῦσα Bosium recte coniecisse Knaackius in Zeitschr. fuer das G. W. 1886 p. 381 demonstravit.

Absoluta tota quaestione de C et c summam subducendam esse existimamus; haec igitur ex omnibus iis quae supra disputavimus effici putamus: a) Cratander compluribus codicibus usus est, ex quibus multas lectiones (C) in margine apposuit. b) Ubicumque istae lectiones C cum A^1 consentiunt, etsi Cratander raro A^1 inspexisse videtur, tamen quod nescimus quo loco A^1, quo loco codices inspexerit, ita C adferendae sunt, ut A^1 non neglegatur. c) Cratander, etsi eas lectiones quas in codicibus invenit in margine ponere solet, tamen non numquam ita rem egit, ut novam lectionem in textum reciperet, veterem e textu eiceret atque margini tribueret. d) Cratander non modo lectiones ex codicibus sumptas in margine posuit, sed etiam haud paucas silentio in textum recepit. e) Cratander in textu constituendo raro coniecit; plerisque locis, quos mutat, verborum collocationem ex codicibus correxit, graviores errores, quos perspicere subtilis iudicii erat, ne ex codicibus quidem solet corrigere nisi in margine. f) Cratander non numquam errores typographicos in textu commissos in margine corrigit. g) Ubicumque c cum $A^{1\,2}$ consentit, non efficitur, in Cratandri codicibus ita fuisse, quod raro Cratandrum codices inspexisse apparet. h) Ubicumque C ab A^2 dissentit, cum A^1 consentit, diiudicari non potest, utrum C ex codicibus profecta sit an ex A^1. i) c, i. e. lectiones a Cratandro in textu novatae, codicis instar sunt, ubicumque cum iis codicibus qui nunc exstant aut cum Z, v. c. consentiunt; ubicumque c neque in iis, quibus nos utimur, codicibus est neque in Z, v. c. videtur fuisse, unum iudicium valeto: si c veram atque necessariam lectionem esse apparebit, in textum recipiatur; si id iudicio non efficietur, ne

recipiatur neve tamen neglegatur, quod nescimus, an ita codices Cratandri habuerint.

Quo facilius appareat, quid C et c iam valeant, notas nostras explicabo.

C = lectio Cratandri in margine novata,
c = lectio Cratandri in textu novata,
A^1C = C consentiens cum A^1,
$A^{12}c$ = c consentiens cum A^{12}.

CAPUT V.

DE CODICE TURNESIANO = Z*).

Codice Turnesiano (ita appellatur a Lambino) vel Tornaesiano usi sunt vel videntur usi esse:

1) P. Pithoeus in libro qui inscribitur Adversariorum subsecivorum Libri II. Parisiis 1565. Pithoeus eum codicem nominatim non adfert, sed veterem et optimum appellat; cum vero Pithoeus in non nullis lectionibus cum Lambini et Bosii adnotationibus consentiat, iure philologi non dubitare videntur, quin Pithoeus ipso Turnesiano usus sit: nos, ne nimis confidenter de lectionibus a Pithoeo ex Z adlatis loqui videamur, in editione 'cod. Pith.' ponemus. Pithoei lectiones, quae paucae sunt, plane negleguntur a Baitero, adhibentur a Wesenbergio.

2) Adr. Turnebus in Adversariis. Turnebus codicem nominatim non adfert; sed Lambinus in adn. ad ed. prior. XVI 6 (numeros adferimus ex ed. Baiter.), VII 13 b, idem ad ed. post.

*) In multis rebus cum Detlefseno consentio qui de Z in Suppl. Jahrb. fuer class. Philologie vol. III a. 1857—60 disputavit, in non nullis cum F. Schmidtio in Festgrufs an Heerwagen. Erlang. 1882.

IX 9, X 7, XII 5 se Z Turnebo commodasse scribit et Turnebus in libri XIII c. 3, XVIII 10, XXIII 29 se optimum codicem Lambini inspexisse adfirmat; itaque illi viri docti non nullis locis rixantur, uter prior ex Z veram lectionem restituerit. Turnebus vero cum in XXIII 29 ita scribat: 'Hisce diebus primum mihi videre licuit exemplaria duo manu scripta, unum summo beneficio Memmii viri clarissimi et literarum patroni, alterum Lambini', in XXX 13: 'Mihi nunquam videre ad hoc aetatis licuerat Epistolas ad Atticum manu scriptas, nisi nunc nuper beneficio Memmii viri clarissimi' (nam num in I 21 ea quae scripsit 'inspectis apicibus veteris scripturae propius et diligentius' ad codicem manu scriptum spectent, dubitari potest), cumque appareat eum etiam Memmianis usum esse, nos, etsi XIII 3, XVIII 10 unum Turnesianum a Turnebo adhiberi iudicamus, tamen ex 'cod. Turnebi' eas lectiones sumptas esse indicabimus. Ubicumque Turnebus verba ex epistulis ad Atticum citat neque se codice usum esse addit, Victorii aut Stephani editionem eum inspexisse apparet.

Lectiones a Turnebo ex Z allatas Baiterus omnes neglexit: usus est Wesenbergius.

3) Eodem fere tempore quo Pithoei et Turnebi libri (scil. XIII—XXIV; cff. Turneb. XIII 3 'Dionysius Lambinus vir eruditissimus, qui propediem emendata a se opera Ciceronis emittet', Lamb. in ed. priore ad VII 13b 'Cum hic locus quattuor iam fere mensibus ante ita impressus esset, Adr. Turnebus in adversariorum tomo secundo hanc eandem coniecturam hoc loco fecit, ex codice Turnesiano: quem a me commodato rogarat') Lutetiae a. 1565—66 Ciceronis opera a Lambino edita sunt; in adn. ad Ciceronis epp. ad Att. saepe cod. Turnesiani lectionem Lambinus adfert (= ZL^1), quem Lambinus plurimi facit; cff. L^1 ad XIII 6, XVI 6, L^2 ad I 18, II 2, XIII 47a.

Lambinus cum in adnotationibus ipsis non nulla omisisset atque complures locos erroribus typothetarum quorum saepe neglegentiam queritur corruptos esse intellegeret, 'Omissa'

tomis I. III. IIII subiecit, quae nos non neglleximus, et non nullos errores in 'Erratis' correxit.

4) Lambinus quo modo ipsum textum editionis prioris constituisset magno opere intererat scire; itaque nos eandem rationem, quam in c exploranda constitueramus, secuti primum inquisivimus, quod exemplar Lambinus secutus esset: secutum intellegebamus stephanianam (st) editionem, quae anno 1554—55 prodiit, ex typothetarum erroribus, qui ne ex st in suam editionem (l) migrarent Lambinus non impedivit. Qua re intellecta l de st detraximus, eas lectiones, quae residuae erant, cum editione hervagiana, quae prodiit Basileae 1534, victoriana, quae prodiit Venetiis 1534—37, manutiana, quae prodiit Venetiis anno 1563, contulimus; quam rem cum expedissemus, quod quantae patientiae atque quanti temporis fuerit quivis intelleget qui tales res eadem ratione tractabit, omnes eas lectiones, quas Lambinus *primus* ex editoribus in textum recepit, examinavimus atque haec invenimus: a) In orthographicis rebus Lambinus magna pertinacia usus est; in l. III omnibus locis *Sica* scribit pro *Sicca,* idem in l. XII *Sicca* servat; scribit *Scaevula* pro *Scaevola, Sextius* pro *Sestius*; in grammaticis rebus eadem non numquam pertinacia utitur, quippe qui pro *non quo* cum coni. omnibus locis *non quod* ponat. idem recte in diebus definiendis primus, quantum inveni, ex omnibus harum epistularum editoribus pro *ad XVI Kal.* vel sim. *a. d. XVI Kal.* in textum introduxit. b) Lambinus in textu constituendo st sequitur, sed ita, ut non paucis locis lectiones ex hervagiana, victoriana, manutiana editione hauriat. c) Lambinus et eorum virorum, quos in prooemio adnotationum laudat ('Quae in his ad Attic. epistolis emendata sunt, omnia fere P. Victorio, Paullo Manutio, Sebast. Corrado, Adr. Turnebo, Leonardo Malaespinae, et codicibus Memmianis, accepta referenda sunt') et Err. Stephani, Sigonii, Faerni, aliorum coniecturas in textum recepit. d) Lambinus ipse haud paucis locis coniecturas excogitavit atque sine dubitatione textui obtrusit. e) In adnotationibus Lambinus rationes textus constituti exponit, multis vero locis coniecturas receptas

non indicat. f) Lambinus satis neglegenter neque recte codicibus usus est, plurimis locis ne inspexit quidem. g) Quae res cum ita sint, multo cautius l adhibenda est quam c; nam Cratander raro coniecit, Lambinus et aliorum et suis coniecturis ita indulsit, ut recte viri docti illorum temporum quererentur de Lambini temeritate. h) l, i. e. lectiones a Lambino novatae, codicum instar sunt, ubicumque cum ZL^2, v. c., ZB, Σ, Δ consentiunt. i) Ubicumque codicum lectionibus l non confirmantur, coniecturarum instar sunt et cautissime adhibendae sunt.

Non est, quod eas lectiones, quas Pithoeus et Turnebus ex ant. cod., L^1 ex Z adferunt, disputando confirmem; l vero, i. e. lectiones a Lambino in priore editione novatae, et indigent subsidio et dignae sunt quae diligentius examinentur.

l igitur ex codicibus profectas esse his locis intellegitur, quibus l cum M consentit, Victorius ipse Mediceo codice neglecto veteres editiones exprimit:

I 12, 4 ⟨*et*⟩ *M. Pisone* priores editiones: [*et*] *M. Pisone* l, M. — I 20, 2 *acta sunt* priores: *sunt acta* l, M. — II 16, 2 *hoc ἐσοφίζετο* priores: *haec ἐσοφίζετο* l, M. — III 23, 5 ⟨*tu*⟩ *excites* priores: [*tu*] *excites* l, M. — VI 2, 3 *Phliasios* [*autem*] priores: *Phliasios* ⟨*autem*⟩ l, M. — VI 2, 4 *effecimus* priores: *efficimus* l, M. — VII 2, 3 *mentio iam* priores, M^2: *mentio* [*iam*] l, M^1. — VII 4, 2 *illum ab se* priores: *illum a se* l, M. — VIII 3, 3 *adde etiam* priores: *addo etiam* l, M. — X 8, 5 *quam iidem essent* priores: *quam idem essent* l, M. — XII 41, 3 *certo scio* priores: *certe scio* l, M. — XIII 11, 2 *convenias* priores: *convenies* l, M. — XIII 21, 5 *dicerem* [*me*] priores: *dicerem* ⟨*me*⟩ l, M. — XIII 29, 3 *concludam* priores: *comidam* M: *confidam* l. — XV 4, 5 *transverso* priores: *traverso* l, M. — XV 17, 2 *certe etiam* priores: *teste etiam* M: *testem etiam* l. — XVI 8, 2 *hoc pertulit* priores: *haec pertulit* l, M.

Atque, ne qua dubitatio oriatur, hoc dico me non putare Lambinum istas lectiones ex M hausisse, quo codice numquam

usus est; id vero apparet, l non nullis locis ex aliquo codice sumptas esse, quem Turnesianum fuisse veri simile est, quod Lambinus Z plurimi fecit.

Multo vero plures lectiones a Lambino in editione priore novatae cum ZL, ZB, v. c., W, Σ consentiunt:

I 6, 1 *Fontius* priores editiones: *Fontinus* l, ZB. — II 1, 11 *de accessu tuo* priores: *de censu tuo* l, v. c., ZB, Σ. — II 7, 3 *Pisaurensis nebuloni* priores: *Pisaurensi an epuloni* l, ZL^1, ZB. — III 8, 4 *ac proditi* priores: *et proditi* l, Σ, s. — III 25 *hoc omitto* priores: *haec omitto* l, Σ. — IV 4b, 1 *librorum meorum ⟨bibliothecam⟩* priores: *librorum meorum [bibliothecam]* l*), Σ (praeter N). — IV 19, 2 *ad me scribit* priores: *ad me ⟨Q.⟩ scribit* l, Σ (praeter H). — V 2, 2 *longe [et] Hortensius* priores: *longe ⟨et⟩ Hortensius* l, v. c., Σ. — V 5, 2 *possem* priores: *possim* l, E, O, P. — V 10, 2 *aliquid de me ipso* priores: *de me ipso aliquid* l, Σ, nisi quod O, N, H [*me*] omittunt. — VI 1, 16 *omnes ita mihi* priores: *omnes mihi ita* l, O, N. — VI 1, 22 [*dies*] priores: ⟨*dies*⟩ l, W, Σ. — VII 2, 3 [*et*] *quamquam* priores: ⟨*et*⟩ *quamquam* l, Σ. — VII 3, 10 [*et*] *qui est nobiscum* priores: ⟨*et*⟩ *qui est nobiscum* l, Σ. — VII 13a, 1 *genus belli* priores; *genus ⟨totius⟩ belli* l: *totius*, sed subducta linea deletum, et superscriptum *genus* ZL^2. — VII 13a, 1 *res stet ut* priores: *res testis ut* l, ZL^2, ZB. — VII 22, 1 *nullum esse* priores: *esse nullum* l, Σ. — VIII 1, 4 *oportere esse* priores: *esse oportere* l, Σ. — VIII 11d, 5 *tu sis secutus* priores: *tu secutus sis* l, Σ. — IX 5, 2 *eram huic quam* priores: *huic eram quam* l, Σ. — IX 13, 4 *σαλπίζειν* aut *ἐσάλπιζεν* priores: *ἐλάπιζεν* l, ZL^2, ZB. — IX 14, 1 *ab Q. Pedio* priores: *a Q. Pedio* l, E, R. — X 14, 1 *ad me* [*mane*] *venit* priores: *ad me ⟨mane⟩ venit* l, W. — XI 5, 3 *Basilio* priores: *Basilo* l, W. — XI 13, 4 *desperaturi ita videbamur* aut *desperaturi* [*ita*] *videbamur* priores: *desperatum iri videbantur* l, v. c., ZB. — XII 2, 1 *abes locuti sunt* priores: *abes*

*) L^1 '*bibliothecam* assensus Malaespinae deleri iussi', L^2 'secutus librorum veterum auctoritatem deleri iussi'.

loculi sint l, Σ. — XII 5, 3 *Censorino* priores: *Censorinone* l, ZB, Σ, Ant. — XII 28, 3 *videri idem* priores: *idem videri* l, O. — XIII 27, 2 [*in*] *Faberio ponamus* priores: ⟨*in*⟩ *Faberio ponamus* l, codd. Bosii. — XIII 33, 1 *sed scribis* priores: *sed scribes* l, v. c., Σ. — XIV 5, 1 *ἐσίγησας* priores: *ᾐσίτησας* l, ZL², codd. Bosii, antiquus liber Turnebi Adv. XIII 5. — XIV 6, 1 *odiosa illa enim* priores: *odiosa enim illa* l, O. — XIV 11, 1 *non sine* [*invidia ne sine*] *periculo quidem* priores: *non sine* ⟨*invidia ne sine*⟩ *periculo quidem* l, v. c., codd. Bosii, antiquus liber Turnebi Adv. XIII 5. — XIV 16, 4 *curasti* [*ut*] *ante* priores: *curasti* ⟨*ut*⟩ *ante* l, v. c., codd. Bosii. — XVI 7, 6 *nisi quod praesens* priores: *nisi ut praesens* l, v. c., ZB, antiqui libri Turnebi Adv. XXIII 29, Σ. — XVI 16c, 10 *totum hoc* [*da*] *ut* priores: *totum hoc* ⟨*da*⟩ *ut* l, v. c., ZB*).

Ubi l cum Σ consentit, eam lectionem a Lambino ex aliquo codice haustam esse apparet; ubi vero l cum ZL² consentit, conicimus, Lambinum silentio eam lectionem in ed. priore ex Z posuisse, in editione posteriore confirmasse; ubi denique l non cum ZL², sed cum ant. cod. Turnebi atque cum ZB, v. c. consentit, Lambinum, etsi ne in posteriore quidem editione Z adfert, tamen in priore tacite Z usum esse apparet.

5) ZL² = adnotationes Lambini ex Z in editione posteriore positae. Posterior editio prodiit, id quod Orellius indicat, Lutetiae a. 1572—73, repetita est Genevae apud Petrum Santandreanum a. 1577, quam editionem Orellius in On. Tull. I p. 205 non adfert, et apud eundem a. 1580 et 1584, Argentorati a. 1581. Lambinus cum a. 1572 mortuus sit, ipse post. editionem non curavit atque ii qui curandam susceperunt textum vulgatum secuti sunt; num recte Orellius p. 204 suspicetur Ioannis Boulierii editionem a. 1562 expressam esse, nos diiudicare non possumus, quod ed. Boulieriana uti non licuit. Ipsae vero adnotationes omnes a Lambino scriptae

*) Iis locis, quos modo attuli, Δ (= M, s) et Σ (= ENHOPR) silentio praetermisi, ubicumque a l, ZL¹², ZB, v. c., cod. ant. Turnebi, W dissentiunt.

sunt; nam is cum non nullis locis Turnebo acriter respondet, tum rixatur cum Victorio; de qua rixa nos haec iudicamus: Lambinus meliorem codicem habebat neque uti sciebat; nam multis locis et L^1 in adn. ad ed. priorem Z neglexisse ipse L^2 testis est, et L^2 in adn. ad post. ed. Z neglexisse ex iis quae Turnebus et Bosius ex Z adferunt apparet; ita enim Lambinus coniecturis indulgebat, ut mallet suis aliorumve commentis uti quam ipsum codicem inspicere: multo aliter Victorius in eadem re versatus est; qui cum intellegeret, vulgatum textum multis mendis laborare, etsi peiore codice, i. e. Mediceo, utebatur, tamen ita usus est, ut maxima laude dignus sit; tanta enim diligentia, quanta in philologis eius aetatis non facile reperitur, codicem contulit atque, quamquam ipse saepe coniciebat, tamen antequam coniectura utebatur ipsum M inspiciebat diligenterque litteras traditas examinabat.

ZL^2 multis locis a Baitero neglectae sunt, etsi is in praef. p. VII se omnes lectiones codicis Turnesiani indicasse scribit. Nos ed. a. 1572 non nacti sumus; itaque tribus iis, quae a. 1577, 81, 84 repetitae sunt neque fere differunt nisi typographicis erroribus, usi sumus.

6) v. c., q. v. c., v. c. et L (mgo), L (mgo) saepe ex Z haustae sunt*). Ipse textus ed. posterioris Lambinianae, cum vulgatam editionem in ea expressam esse appareat, nihili est neque quicquam auctoritatis habet; at ii, qui post. ed. curaverunt, in margine multas notas posuerunt, ex quibus notis eae quae coniecturas vel lectiones ex veteribus editionibus adferunt atque ab *al.* vel *fort.* incipere solent, plane omittendae sunt: sunt vero plurimae lectiones in margine, quae cum adhuc neglectae sint nobis multum auctoritatis habere videntur. Nam raro a Baitero adfertur 'vetus codex in marg. ed. Lamb. a. 1584', ut XVI 11, 1; XVI 1, 4; XV 26, 1; XV 20, 4; XV 15, 1; XIII 23, 3; XIII 21, 1; X 12, 2; IV 13, 1, non

*) Cum adhuc eae lectiones de quibus iam disputabimus omnes vel plurimae neglectae sint, eos qui haec legent ut nostra diligentia confidant rogamus.

nullis praeterea locis a Wesenbergio. Nos. quod periculum erat, ne quid ex editione Bosiana a. 1580 in ed. post. Lambinianam a. 1584 migrasset atque ea re auctoritas eius minueretur, et quod videndum erat, ecquid ii qui istam editionem repetiverunt ex suo ingenio addidissent, omnibus iis editionibus, quibus licuit uti, i. e. a. 1577, a. 1581, a. 1584, usi sumus*); quas cum inter se contulissemus, invenimus non multas esse differentias, quas typothetarum neglegentiae tribuendas esse apparet. Istas differentias vel potius istos errores, denique omnes res orthographicas h. l. non curo.

Eas lectiones, quae aliquid auctoritatis habere videntur, nos in quattuor ordines distribuendas putamus a) Z (mgo)**). b) v. c. c) q. v. c. d) L (mgo)**) et ita v. c. vel v. c. et L (mgo)**). e) L (mgo)**).

a) Paucis locis cod. Turnesianus nominatim in margine editionis alterius Lambinianae commemoratur:

III 18, 1 'L(ambinus) *actorem* et ita v. c. Turnes.' = ZL^2. — III 27 'hoc totum, *plura non scribo. Cura, ut valeas,* non reperitur in cod. Turnes. neque in aliquot aliis'; verba interpolata sunt in I. O. P. Ant. — III 17, 1 'q. v. c. *spectio est.* cod. Turnes. ut vulg. *quaestio est*'; ZL^2 et codd. Bosii item *quaestio est.* — III 19, 3 'L. *T. Pomponi,* et ita v. c. Turnes.'; in textu *T.* omittitur. — VII 20, 1 textus habet *spe audiendi aliquid, et cognoscendi*: in margine est 'sic cod. Turnesian. al. *spe audiendi et cognosc.*'; de Z neque hoc loco aliunde quicquam constat neque III 27.

Loci allati, qui nunc omnes negleguntur, probant in ed. post. Lambiniana non modo in adnotationibus sed etiam in margine Z adhibitum esse.

b) v. c. multis locis cod. Turnesianum esse

α) inde apparet, quod v. c. in multis lectionibus cum ZL^{12} consentit, ut

---

*) Is cui illae veteres editiones non sunt praesto, ut intellegat, qui sit status marginis istius, adeat editiones a Gothofredo curatas; nam in eas pleraeque notae ed. post. Lambinianae migraverunt.

**) *mgo* nos addidimus, ne quid obscuritatis exsisteret.

I 10, 1 *iturum eum qui* v. c., ZL^1*): *missurum eum qui* Σ, Δ. — X 16, 6 *et novum morbum* v. c., ZL^1, O^1, M^1: *et nedum morbum* O^2, P, R, M^2, s. — XII 28, 2 *lugere* v. c., ZL^1: *legere* M^1, O^1: *regere* M^2, O^2, s.

β) Multo vero magis perspicuum est, v. c. multis locis esse cod. Turnesianum, ex iis lectionibus, quibus v. c. cum ZB consentit; apparet enim, cum Lambinus non modo in adn. ad ed. priorem, sed etiam in adn. ad ed. post. Z neglexerit, et in illis lectionibus in margine adscribendis Z esse inspectum et postea a Bosio Z diligentius esse adhibitum. III 16 *ita scribas ⟨ut putabis⟩* v. c., ZB: *ita scribas [ut putabis]* Σ, Δ. — VII 13a, 1 *multos spe* v. c., codd. Bosii: *multa spe* Σ, Δ. — XI 6, 7 *vidisse ⟨Q.⟩ an* v. c., ZB: *vidisse [Q.] an* Σ, Δ. — XII 23, 1 *solitudines* v. c., codd. Bosii: *solitudinem* Σ**), Δ. — XIII 32, 3 *misi ut* v. c., ZB: *iussi ut* Σ, Δ.

γ) Tertio loco eam rem adfero, quae maxima atque gravissima est; Z enim, ut saepissime praestantissimas lectiones, ita non numquam vel pravas habet vel tales, ut eas nisi re accurate deliberata nemo probare audeat; talibus lectionibus, quae aut nihili sunt aut deliberationem requirunt, v. c. saepius cum Z consentit:

IV 16, 9 *obiurgationem ⟨hoc quod dixi tantum⟩ utinam valeat* v. c., ZB: *obiurgationem [hoc quod dixi tantum] utinam valeat* Σ, Δ. — VI 8, 5 *hospis* v. c., ZL^2: *hospes* Δ, Σ; correxit *hostis* Victorius. — VIII 9, 2 *sed toto voltu* v. c., ZB: *taeto* M^1, *leto* M in margine, *tecto* M^2, *tacito* R, *leto* E, O, s. — IX 7, 1 *celeriter pes* v. c., ZL^1: *celeripes* Δ, Σ. — XI 3, 3 *quicum fuimus* v. c., ZL^2: *quicum suismus* M: *quicum sumus* s: *qui cum suis minus* Σ. — XII 45, 3 *Quirino malo quam Saluti* v. c., ZB: *Quirini malo quam Salutis* Σ, Δ. — XV 18, 2 *ad te vertere* v. c., ZB: *ad te pertinere* W, Σ, Δ. — XVI 4, 1 *nobis legit. dixi, quid videretur* v. c., ZB: *nobis legit si quid videretur* Σ, Δ. — VIII 12a, 2 *quas Brundisium ⟨praesidium⟩ misi* v. c., codd. Bosii: *quod Brundisium [praesidium] misi* Σ, Δ.

*) Alii testes de Z consulto hoc loco omittuntur.

**) O habet *solitudinē*, ‾ linea super *e* videtur m^2 addita esse.

δ) v. c. compluribus locis solus veram atque genuinam lectionem servavit; ad eos enim locos, quos p. 91 ex Baiteri adnotatione critica attuli, addendi sunt:

V 9, 2 *ubi quoque* [*hoc*] *tempore* v. c.: *ubi quoque* ⟨*hoc*⟩ *tempore* Σ, Δ. — X 3 *ecqui* v. c.: *et qui* Σ, Δ. — XII 38, 2 *ecquid* v. c.: *et quid* Σ, Δ; sed O *et quidem*. — XII 47, 1 ⟨*re*⟩ *incerta* v. c. (textus [*re*] *incerto*): *audirer incerta* Σ, M[1]; *audires incerta* M[2], s; ⟨*re*⟩ Cratander primus inseruit.

ε) v. c. haud raro cum Σ consentit, a Δ dissentit: etsi ea res non persuadet, v. c. esse Turnesianum codicem, tamen probat, v. c. haud parvae auctoritatis esse; nam ut Σ ex M non pendet, ita ne v. c. quidem ex M pendere inde intellegi potest; cum vero multis locis dubitari possit, utrum Σ an Δ maiorem auctoritatem habeat, v. c. magni est momenti ac ponderis: nam ut iis locis, quibus iudicio nihil efficitur, Δ + v. c. pluris sunt quam Σ, ita iisdem locis Σ + v. c. pluris sunt quam Δ; quamquam de tota ista re infra disputabimus.

His igitur locis v. c. cum Σ consentit, a Δ dissentit:

I 20, 3 *bonos viros illos* Δ: *bonos illos viros* v. c., Σ; ita etiam codd. Bosii. — VI 1, 14 *duos quidem* Δ, E, O[2]: *duo quidem* v. c., O[1], P, N, H. — VIII 12a, 1 *primum uti ipse* Δ: *primum ut ipse* v. c., Σ. — XII 11 *nihil me* Δ: *me nihil* v. c., Σ. — XII 29, 1 *cras igitur vel* s: *cras igitur* ⟨*eum*⟩ *vel* v. c., O; *cum* pro *eum* M. — XII 43, 2 [*sed*] *si ista* Δ: ⟨*sed*⟩ *si ista* v. c., Σ. — XIII 21, 1 *nunc alias malo* Δ, O[2]: *alia* v. c., Σ. — XIII 23, 3 *excita compella loquere ut te cum illo Scevallo qui* M; *excita compelle loquere et ut te cum illo scevallo qui* s: *et ita cum Polla loquere ut te cum illo Scaeva loqui* v. c.: *et ita cum polla loquere ut te cum illo scenalo* [*qui*] P: *et ita cum polla loquere ut te cum illo scevola qui* R, O (sed O *scevalo*). — XV 15, 1 *obsignavi. Turnum nos* M[1]: *obsignavi. tu nummos* M[2], s, O[2]: *obsignavi nummos* R, P: *obsignabitur. Nummos* v. c., O[1]. — XV 27, 1 *Puteolos prosequitur* M: *Puteolos persequitur* v. c., Σ, s.

ζ) Gravissimam lectionem ex v. c. nolo silentio praeterire

X 14, 2 *conquaere* v. c.: *conquere* W teste Schepssio: *conquire* Σ, Δ, sed O² *conquere*; falsa enim et corrupta lectione v. c. cum W consentire apparet.

Plurimis locis v. c. in margine posterioris editionis Lambinianae cod. Turnesianum esse supra probavimus; non omnibus locis v. c. = Z esse uno loco demonstrari potest XVI 15, 5 *ut inde* (vel *vide*) *suo* M, *uti de suo* s, *ut unde suo* P, *ut vide suo* O¹, *ut inde suo* O², *ut nude* R: *ut fide sua* ZL¹, codd. Bosii: *uti de suo* v. c.; hoc igitur loco v. c. cum s consentit atque coniecturam habet: nam Z veram habuit lectionem, *uti de suo* coniectura repertum esse apparet.

Iis quae attulimus haec probari putamus: v. c., ubicumque cum ZL¹, ZL², ZB, aliis locupletibus de Z testibus consentit, a Σ et Δ dissentit, codex Turnesianus est; v. c., ubicumque cum Σ vel Δ consentit neque a Z dissentit, quod de Z nihil constat, haud parvam auctoritatem habet; v. c., ubicumque Σ + Δ ab eo dissentit neque Z adest, non ille quidem plane reiciendus, sed caute adhibendus est; nos quidem bonas lectiones easque, quas veras atque genuinas esse ipsum iudicium probat, ex v. c. in textu ponemus, iis locis, quibus iudicio nihil efficitur, v. c. in adnotatione critica non neglegemus.

c) Venio iam ad eas lectiones, quae q. v. c. signantur. — v. c. in margine ed. post. Lambinianae uno quoque loco utrum unus cod. isque Turnesianus sit an complures codices comprehendat, diiudicari non potest. Nam, ut iis locis quos modo sub γ attulimus apparet, v. c. non numquam unum codicem Z significare, ita ex his adnotationibus apparet, signo v. c. non nullis locis complures codices contineri: III 13, 1 'veteres cod. non habent copulationem, *ac*' (textus *causae meae*, ⟨*ac*⟩ *voluntati*). — III 17, 1 'q. v. c. *spectio est*. cod. Turnes. ut vulg. *quaestio est*.' — III 27 'hoc totum. *plura non scribo. Cura, ut valeas,* non reperitur in cod. Turnes. neque in aliquot aliis.' — IV 16, 6 textus *in patris memoriam*. adnotatio in margine: 'sic q. v. c. L(amb.) *in patris memoria*, ut alii item v. c.' — VI 1, 25 'q. v. c. *iamgunculae*. al. v. c. *langun-*

culae.' — VII 3, 10 'q. v. c. *sed de re vid.* et ita L(amb.) a(lii). v. c. *de reo vid.'* — VII 5, 1 q. v. c. *Valitudine tua.* al. v. c. *invalitudine t.* — VIII 9, 1 textus *quam si id, ad quod eum hortarer:* 'o(mnes). v. c. et L. *quam si id, quod eum h.'* margo. — IX 7c. 2 textus *in hunc statum perveniret.* [b] *Valete:* 'b. abest ab o. v. c.' margo, scil. *Valete.* — XII 2, 2 textus *Verum, si quaeris hominem, homini, non recta:* 'vox, *hominem,* abest a plerisque v. c.' margo.

Quae cum ita sint, neminem fugiet, quanta in iis lectionibus, quae hac nota 'q. v. c.' signantur, recipiendis diligentia atque cautio adhibenda sit; neque enim constat, qui isti codices fuerint, neque, etsi multis locis Z in iis esse nos suspicamur, ista suspicio tam munita est, ut aliquid certius inde haurire audeamus.

d) Multo certior res in iis locis videtur esse, quibus adnotatur 'L(mgo)*) et ita v. c.' vel 'v. c. et ita L(mgo)' vel 'L(mgo) ex v. c.' Etenim cum constet, Lambinum Z plurimi fecisse, verissime nobis iis locis, qui adnotationes eo modo signatas habent, indicare videmur, v. c. esse ipsum Z.

Ad eam rem probandam non licet pravas lectiones adferre, quales supra p. 93 adhibuimus; nam cum 'v. c. . . . . et ita L(mgo)' hoc valeat 'hanc lectionem habet v. c. eaque Lambino probata est' cumque Lambinus non soleat pravas lectiones probare, talibus notis bonae atque praestantes lectiones adferuntur. Plurimis vero locis tales adnotationes cum $ZL^{1\,2}$ consentiunt:

III 15, 2 L(mgo) *Ceteros quod purgas, deb.* et ita v. c. = ZL^2**). — VI 2, 5 L(mgo) *accessit altera:* et ita v. c. = ZL^2. — IX 18, 2 v. c. et L(mgo) *Quid, ⟨quod⟩ Servii filius, quod ⟨Titinii⟩ in iis castris* = ZL^2. — XII 26, 1 L(mgo) et v. c. *Tuis occup.* = ZL^2. — XIII 3, 1 v. c. et L(mgo) *quod ad me refers: qui si ipse negotium meum gererem, ⟨nihil gererem⟩, nisi consilio tuo* = ZL^2. — XIII 7, 2 L(mgo) *iussi eq.* et ita

*) *mgo* talibus locis nos adicere iam supra p. 92 adnotavimus.

**) Alios testes consilio omisi.

v. c. = ZL^1. — XIII 33, 3 v. c. et L(mgo) *si neutrum cadet in praef.* = ZL^2. — XIII 37, 4 v. c. et L(mgo) *posse diem differri* = ZL^1. — XIII 52, 1 v. c. et L(mgo) *post H. VIII. in balneum. dum audivit de Mamurra, ⟨vultum⟩ non mutavit* = ZL^2. — XIV 13, 4 v. c. et L(mgo) *mansero ⟨fore m⟩e quidem video* = ZL^2. — XVI 2, 3 L(mgo) et v. c. *plaudendo cons.* = ZL^2 (sed ZL^2 *plaudenda*). — XVI 2, 4 v. c. et L(mgo) *quoniam furcilla extrud.* = ZL^1. — XVI 6, 2 v. c. et L(mgo) *tecum me non esse? quid fugientem? periculumne? At id nunc quidem* = ZL^1.

Ex iis locis, quos attuli, etsi apparet v. c. saepe Z esse, tamen minorem iis lectionibus auctoritatem tribuendam esse puto, quod fieri potuit, ut is, qui adnotationes ad marginem posuit, eas ipsas lectiones ex Lambini adnotationibus hauriret. Sed magnam auctoritatem tales lectiones habent, ubicumque cum ZB consentiunt neque $ZL^{1\,2}$ adest:

III 15, 5 L(mgo) *quid est firmius* et ita v. c. = ZB. — VIII 8, 2 L(mgo) *quo ⟨minus⟩ ad te plura scribam* et ita v. c. = veteres codices Bosii. — IX 7, 6 v. c. et L(mgo) *non profectos* = ZB. — IX 11, 4 v. c. et L(mgo) *εὐδαίμονα ⟨et μεσοποταμίαν⟩ cogitare* = codices Bosii; cf. p. 71. — IX 15, 2 v. c. et L(mgo) *sed si Sulla p.* = ZB. — IX 15, 5 v. c. et L(mgo) *bene ⟨curasti⟩ caus.* = ZB. — X 4, 6 q. v. c. *in hac ⟨vita et⟩ fuga* et ita L(mgo) = codices Bosii. — XII 13, 1 v. c. et L(mgo) *ille ⟨idem⟩ urg.* = codices Bosii. — XII 18, 1 v. c. et L(mgo) *cuicuimodi est* = codices Bosii. — XII 22, 3 L(mgo) *sed quid velim ⟨et cur velim⟩ existima* et ita v. c. = ZB. — XII 23, 2 v. c. et L(mgo) *quae ⟨te⟩ etiam ex Apollodori puto posse invenire* (textus [*te*] . . . . *inveniri*) = codices Bosii. — XII 28, 1 v. c. et L(mgo) *quam ex litteris eius. Scripserat enim d.*; textus *litteris tuis. Scripseras*; *eius scripserat* codices Bosii. — XII 31, 2 L(mgo) *utrivis ist.* et ita v. c. = ZB. — XII 32, 1 v. c. et L(mgo) *non esse ipsius. Ill.* = ZB. — XII 35, 2 v. c. et L(mgo) *Antequam ⟨a te⟩ prox.* = ZB. — XIII 1, 2 v. c. et L(mgo) *quod si eff.* = codices Bosii. — XIII 10, 3 v. c. et L(mgo) *⟨aliquid⟩*

illic = ZB (?). — XIII 10, 3 v. c. et L(mgo) *sponsor ⟨sum⟩ factus* = ZB. — XIII 12, 3 v. c. et L(mgo) *idque ⟨tu⟩ eum* = codices Bosii. — XIII 16, 1 L(mgo) *solitudines s.* et ita v. c. = codices Bosii. — XIII 16, 1 v. c. et L(mgo) *primo fuit C.* = ZB. — XIII 20, 2 v. c. et L(mgo) *non desinam. ⟨Ad Ligarianam⟩* = ZB. — XIII 21, 5 v. c. *ego nullum* et ita L(mgo) = ZB. — XIII 27, 1 v. c. et L(mgo) *De epistola ad Caesarem* = codices Bosii. — XIII 34 v. c. et L(mgo) *⟨ut⟩ cum* = codices Bosii. — XIII 50, 1 v. c. et L(mgo) *mittere instituerem* = codices Bosii. — XIV 1, 1 v. c. et L(mgo) *affirmabatque* = ZB. — XIV 5, 1 v. c. et L(mgo) *a balneatore* = codices Bosii. — XIV 11, 1 v. c. et L(mgo) *sed non sine ⟨invidia ne sine⟩ periculo quidem* = codices Bosii, vetus cod. Turnebi Adv. XIII 5. — XIV 16, 4 v. c. et L(mgo) *curasti ⟨ut⟩ ante scirem* = codices Bosii. — XIV 18, 1 v. c. et L(mgo) *O hominem ⟨im⟩pudentem* = ZB. — XIV 20, 5 v. c. et L(mgo) *⟨Antonii⟩ est dextella* = ZB. — XV 11, 2 v. c. et L(mgo) *incitare* = ZB. — XV 15, 2 L(mgo) ex v. c. *quam ⟨vix⟩ stomachum [non] habere* = codices Bosii. — XV 21, 1 L(mgo) ex v. c. *⟨ec⟩quem tu* = ZB. — XV 27, 3 v. c. et L(mgo) *suspicabor* = ZB. — XV 29, 2 v. c. et L(mgo) *ad omnia ⟨tua⟩. Nunc nost.* = ZB. — XVI 1, 1 v. c. et L(mgo) *in Puteolanum ⟨postridie⟩ iens ad Brutum in Neside⟨m⟩ haec* = ZB, ant. cod. Turnebi Adv. XXIII 29. — XVI 2, 6 v. c. et L(mgo) *si de reb.* = ZB. — XVI 3, 6 v. c. et L(mgo) *cupio ⟨absentem⟩ suaviari* = ZB. — XVI 5, 1 v. c. et L(mgo) *quod q.* = codices Bosii. — XVI 6, 3 v. c. et L(mgo) *bella ⟨reliqua⟩ reliqui* = ZB. — XVI 7, 6 v. c. et L(mgo) *nisi ut praesens me ipse d.* = ZB, ant. cod. Turnebi Adv. XXIII 29. — XVI 8, 1 v. c. et L(mgo) *vel Capuae ⟨vel non longe a Capua⟩* = ZB. — XVI 11, 4 v. c. et L(mgo) *quae exspecto quem velim coh.* = codices Bosii. — XVI 15, 2 v. c. et L(mgo) *nec dubito* = ZB. — XVI 16a, 4 L(mgo) ex v. c. *egi enim saepe ⟨de ea⟩ tecum tibique t.*; *⟨de ea re⟩* codices Bosii; *re* in margine videtur errore omissum esse. — XVI 16c, 10 v. c. et L(mgo) *omitte Atticum. Ciceroni tuo quem quanti facias prae te soles ferre*

totum hoc ⟨*da*⟩ *ut quod s. exist.* = ZB. — XVI 16f, 18 v. c. et L(mgo) *ita est f.* = ZB.

Denique compluribus locis, quibus ZL¹² et ZB desunt, v. c. et L(mgo) cum Σ consentit:

IX 9, 1 *valet beneficii gratia quam iniuriae dolor* v. c. et L(mgo), E: *valent benefici gratia quam in iure dolor* R: *valent* (aut *valet*; nam dubium est, an ¯ super *e* m² additum sit) *beneficii gratia quam iniure* (*i* superscriptum) *dolor* O¹: *valere beneficii gratiam quam iniurie dolorem* ⟨*volo*⟩ O², s: *valete beneficii gratiam quam iniuriae dolorem* M¹: *valere beneficii gratiam quam iniurie dolorem* ⟨*volo*⟩ M². — XIII 20, 1 *id scire sane velim* v. c. et L(mgo), R, P, etiam c; *sane id scire velim* O: *id sane scire velim* Δ. — XV 11, 4 *a. d. III. Non.* v. c. et L(mgo): III Σ: IIII Δ.

e) Multo minoris quam v. c. et L(mgo) est merum L(mgo); ut enim v. c. et L(mgo) hoc valet 'sic habet vetus codex atque hoc Lambinus ex eo codice ponendum censet', ita L(mgo) hoc sonat 'ita Lambinus legendum censet': illud dubium est, utrum eam lectionem Lambinus ex aliquo codice sumpserit an sua vel viri alterius docti coniectura usus sit. Itaque L(mgo) tantundem fere auctoritatis habet quantum l, i. e. lectiones a Lambino in ed. priore novatae, neque quicquam certius de uno L(mgo) hauriri potest; quamquam paulo pluris L(mgo) quam l ob eam causam facimus, quod Lambinum in post. ed. saepius Z inspexisse videmus.

Sola lectio L(mgo) cum parum valeat, eadem coniuncta cum C, c, l, ZL, W, ZB et ipsa munitur et ceteros testes munit:

V 20, 10 *utrique nostrum* ⟨*honestum*⟩ L(mgo), c, ZB: [*honestum*] Σ, Δ. — VI 2, 10 *sit* ⟨*hominis*⟩ *sed* L(mgo), c, l: [*hominis*] Σ, Δ. — VIII 5, 1 *sed o meam* L(mgo), ZB: *sed in eam* M; *sed meam* s, P; *sede meam* R; *sede in eam* O. — X 1, 1 *et paulum* ⟨*lectis*⟩ L(mgo), c, ZB: [*lectis*] Σ, Δ. — X 16, 4 *postridie* ⟨*convenire*⟩ L(mgo), C, ZL¹, ZB: [*convenire*] Σ, Δ. — XI 2, 1 *est una levata* L(mgo), ZL², ZB: *est una*

enata Σ, Δ. — XI 5, 3 *Basilo* L(mgo), l, W: *Basilio* Σ, Δ. — XII 14, 4 *veta. satis est me maerere* L(mgo), ZL²: *vetabat is est merere* Σ, Δ. — XII 39, 1 *sed nimirum* L(mgo), l: *sed nimium* Σ, Δ. — XIII 27, 2 ⟨*in*⟩ *Faberio* L(mgo), l, codd. Bosii: [*in*] *Faberio* Σ, Δ.

Multis locis L(mgo) cum Σ consentit, a Δ dissentit: quos nunc non adfero, quod eaedem lectiones in C, c, l, ZL¹², ZB inveniuntur.

Aliis locis L(mgo) a st + l dissentit atque veram et genuinam lectionem habet; itaque apparet, iis locis Lambinum in ed. priore curanda stephanianam editionem secutum esse, in post. codices inspexisse:

I 1, 1 *et* [*de*] *Palicano* st + l: *et* ⟨*de*⟩ *Palicano* L(mgo): ⟨*de*⟩ Σ, Δ. — I 2, 1 *coniunctiorem* [*illum*] *nobis fore* st + l: *coniunctiorem* ⟨*illum*⟩ *nobis fore* L(mgo), Δ, N: *coniunctiorem millum* (sed prius *m* erasum) *nobis fore* O: *coniunctiorem nobis fore illum* H: *coniunctiorem nullum nobis fore* P: *coniunctorem* [*illum*] *nobis erit fore* E, sed *erit* deletum. — I 5, 6 *nihil esse iam quod laboraret* st + l: *laboraretur* L(mgo), ZL², C, M, H, P, O: *laboraret* N, s. — I 17, 1 *dissimilitudo opinionis et iudicii* st + l: *ac iudicii* L(mgo), Σ, Δ. — II 21, 6 *Varro satis mihi facit: Pompeius* st + l: *mihi satis facit* L(mgo), Σ, Δ. — IV 14, 1 *Vestorius noster me per litteras facit certiorem* st + l: *fecit* L(mgo), Σ, Δ. — V 20, 3 *magnum numerum hostium cecidimus* st + l: *occidimus* L(mgo), C, Σ, Δ. — V 20, 8 *nam quas Lemnii pueris scribis datas* st + l: *Lenii* L(mgo), *Leni* M, O; *Levi* N, H; nomen omisit P vacuo spatio relicto. — VII 1, 9 *Sed hoc tamen, quicquid est, Praetianum* st + l; *hoc tamen* Δ: *Sed tamen hoc, quidquid est, Praetianum* L(mgo); *tamen hoc* Σ. — VIII 1, 3 *quaesita sit unquam: semper calamitosae et flagitiosae fugae* st + l: ⟨*sed*⟩ *semper fl.* L(mgo); ⟨*sed*⟩ Σ, s, M²: ⟨*si*⟩ M¹. — VIII 3, 2 *et quanta ei fides sit habenda* st + l; *ei fides sit* R et r (i. e. alterum earum epistularum exemplar in R); *sit ei fides* O: *et quanta fides ei sit habenda* L(mgo), Δ, E. — VIII 6, 2 *dabis operam quam primum ad nos venias* st + l, Δ: ⟨*ut*⟩ *quam pr.* L(mgo), Σ. —

VIII 11b, 1 *virtutem industriamque libenter agnovi* st + l, E, R, s: *virtutem et industriamque* M (sed *et* deletum): *et industriam* L(mgo), O. — VIII 11b, 3 *quae opportunitatem et dignitatem habet* st + l: *quae* ⟨*et*⟩ *opport.* L(mgo): ⟨*et*⟩ M², s, E, R, O²: ⟨*est*⟩ M¹, O¹. — VIII 11d, 7 *quam tibi facile me probaturum pro tuo in me beneficio* st + l, Δ, O, R: *quam tibi me facile prob.* L(mgo), E. — VIII 12d, 1 *ne ad me iter expeditum tibi sit* st + l: *tibi expeditum sit* L(mgo), Σ, Δ. — IX 1, 2 *me adhuc investigare non posse ubi Lentulus noster sit* st + l: *ubi* ⟨*P.*⟩ *Lentulus* L(mgo), Σ, Δ. — IX 10, 2 *Amens mihi fuisse videor a principio* st + l, Δ: *fuisse a principio videor* L(mgo), Σ. — IX 11a, 3 *Quam ob rem a te peto vel potius precibus omnibus oro* st + l; *omnibus precibus* s: *omnibus et precibus* M: *vel potius omnibus* ⟨*te*⟩ *precibus oro* L(mgo), Σ. — XI 12, 4 *nihil enim venit mihi in mentem* st + l: *mihi venit* L(mgo), Σ, Δ. — XI 13, 1 *existimare te posse certo scio* st + l; *certo scio* etiam O, s: *certe scio* L(mgo), R, P, M. — XI 24, 4 *Id quam ob rem te intelligere certo scio* st + l; *certo scio* O, s: *certe scio* L(mgo), R, P, M.

Aliis locis L(mgo) consentit cum l, i. e. iis coniecturis quas Lambinus, quem nimis coniecturis vel suis vel aliorum indulsisse p. 87 et 91 scripsimus, audacissime in textum prioris editionis recepit:

I 13, 3 *agit* ⟨*et*⟩ *severe* L(mgo), l: [*et*] priores editiones, Δ, Σ. — I 14, 1 *dereptum ex summ.* L(mgo), l: *ereptum* priores, Δ, Σ. — II 1, 3 *indicarunt* L(mgo), l: *invocarunt* priores (etiam manut.), Δ, Σ. — II 1, 6 *optimati illa* L(mgo), l: *optima illa* priores, Δ, Σ. — II 1, 8 ⟨*conductionem*⟩ *renuntiantibus* L(mgo), l: [*conductionem*] priores, Δ, Σ. — II 7, 3 *Megaboccho* [*et*] *haec* L(mgo), l: *Megabocchus* ⟨*et*⟩ *haec* priores, Δ, Σ (sed H omisit *haec*). — II 17, 2 *id afficit me quadam d.* L(mgo), l: *afficitur* priores, Δ, Σ. — IV 7, 2 *heredem fecerit* L(mgo), l: *heredem fecit* priores, Δ, Σ. — V 1, 5 *scripsisse* ⟨*de se*⟩ *aliquid* L(mgo), l: [*de se*] priores, Δ, Σ. — V 6, 1 *quod* ⟨*ei*⟩ *concessi lib.* L(mgo), l: [*ei*] priores, Δ, Σ. — V 10, 5 *ubi quoque tempore* [*et maxime quando*] *Romae futurus*

sis L(mgo), l: ⟨*et maxime quando*⟩ priores: [*et*] ⟨*maxime quando Romae*⟩ Δ, Σ (H *quoniam* pro *quando*). — V 11, 2 *etsi* ⟨*enim*⟩ *ille* L(mgo), l: [*enim*] priores, Δ, Σ. — V 20, 1 *Forum egimus* L(mgo), l: *fecimus* priores, Δ, Σ. — V 21, 5 *omni memoria* L(mgo), l: *omnium* priores, Δ, Σ. — VII 5, 5 ⟨*et*⟩ *aliquando* L(mgo), l: [*et*] priores, Δ, Σ. — VII 20, 1 *quorum ego* ⟨*iussu*⟩ *spe* L(mgo), l: [*iussu*] priores, Δ, Σ. — VIII 11b, 1 *cui praep.* L(mgo), l: *ubi* priores, Δ, Σ. — IX 7a, 1 ⟨*ut*⟩ *contra* L(mgo), l: [*ut*] *contra* priores, Δ, Σ. — IX 19, 2 *quisquam* ⟨*ex*⟩ *Italia* L(mgo), l: [*ex*] priores, Δ, Σ. — X 5, 3 *promisit* ⟨*misit*⟩ *ad me nuper* L(mgo), l: [*misit*] priores, Δ, Σ. — X 8a, 2 *ne* ⟨*ab eo*⟩ *profugias* L(mgo), l: [*ab eo*] priores, Δ, Σ. — XI 17, 1 *consolandi* ⟨*scilicet causa*⟩ *scripsisti* L(mgo), l: [*scilicet causa*] priores, Δ, Σ. — XII 7, 2 *ego* ⟨*hic*⟩ *tamen* L(mgo), l: [*hic*] priores, Δ, Σ. — XII 31, 2 *si non adduceretur* L(mgo), l: *si modo adduceretur* priores, Δ, O. — XV 5, 1 *vehementur errat:* [*ac*] *petit* L(mgo), l: *vehementer orat ac petit* priores, M, Σ. — XV 15, 2 *quid* ⟨*ei*⟩ *opus esset* L(mgo), l: [*ei*] priores, Δ, Σ. — XVI 7, 7 *a Bruto* ⟨*et Cassio*⟩ *et horum* L(mgo), l: [*et Cassio*] priores, Δ, Σ. — XVI 15, 5 *non modo* ⟨*non fecit*⟩ *sed* L(mgo), l: [*non fecit*] priores, Δ, Σ (P *non modo* ⟨*illa alia*⟩. *Sed*).

Compluribus locis L(mgo) novam et incertam lectionem vel potius coniecturam adfert:

IV 17, 1 *sunt* ⟨*eae*⟩ *ep.* L(mgo); iam ed. herv. et l ⟨*eae*⟩ *sunt epistolae:* [*eae*] priores editiones, Δ, Σ. — V 21, 8 *qua nihil miserius* [*est*] L(mgo): ⟨*est*⟩ priores, Δ, Σ. — VII 1, 5 *Itaque* [*ut stultus primus suam sententiam dicat*] *mihi valde placet de tr.* L(mgo); cf. L¹ in adn.: ⟨*ut stultus primus suam sententiam dicat*⟩ priores, Δ, Σ (sed H *primum*, N *indicat*). — X 12b, 2 (12, 6 ed. Baiter.) *nam et vieti et δειλοὶ gente sunt* L(mgo) ex Bosii coniectura: *nam et victi et diligentes sunt* Δ, Σ, ZL², ZB, W; ex prioribus editionibus crat., vict., man., steph. habent *iuncti*, herv. *invicti*, l *vicini*. — X 17, 3 *ut quidem adhuc erat lib.* L(mgo); multo melius l ex Malaspinae coniectura *si quidem* ⟨*ut*⟩ *adhuc erat liberalius*: *si quidem* [*ut*]

adhuc erat liberalius priores, *Δ*, *Σ* (sed P *si quidem erat adhuc*). — XII 21, 1 *etiam Tyrannio si admonitus ess.* L(mgo): *si rario* M, *si raro* s, *sirario* O, P, *syzario* R pro *Tyrannio.* — XIII 20, 4 *ut* ⟨*hominum*⟩ *iudicia videar tenere* L(mgo); iam I *ut iudicia* ⟨*hominum*⟩ *tenere* temptaverat: [*hominum*] priores, *Δ*, *Σ*. — XV 26, 1 *ab eo attulit* L(mgo): *litterasque ad te attulit* *Δ*, *Σ*: *ad me* A[1] correxit, nisi forte ex ed. Romana sumpsit, de qua Orellius nihil adfert.

In omnibus vero istis notis adhibendis videndum est, ecqua vel eius qui eas conscripsit vel typothetarum neglegentia corruptae sint; nam non nulli errores in istis notis sunt atque facile iudicium nostrum fallunt:

II 24, 2 textus habet *quod ad III. idus Maij*, in margine est 'v. c. *a. d. III*': pro v. c. videtur L. ponendum esse, quod nullus codex *a. d.* pro *ad* in diebus definiendis habet. — III 19, 1 in textu est *Quod eiusmodi*, in margine 'L. *Quoad* et ita v. c.'; nos istud v. c. errore additum esse putamus, cum *Quoad* coniectura Malaspinae et Victorii sit. — XV 11, 4 textus habet *ad IIII Nonas Apr.*, nota est in margine 'v. c. et L. *a. d. III Nonas*'; recte se habet numerus, qui est etiam in *Σ*, non recte istud *a. d.*; nam, id quod modo diximus, semper *ad* in codicibus est. Cf. p. 126 ad XII 17.

Disputationis absolutae summa haec esse nobis videtur:

a) Lectiones eae, quae in margine ed. post. Lambinianae positae sunt, non sunt fictae et ementitae; neque enim decet eum mendacii ac fraudis arguere qui cur arguatur nulla est causa. Eaedem lectiones cum satis neglegenter conscriptae vel typis impressae sint, cavendum est ne non numquam errores eius qui conscripsit vel impressit codicibus tribuantur. b) Ubicumque Z in margine nominatim adfertur, res est certa atque explorata. c) v. c. multis neque vero omnibus locis est Z; itaque sic agendum est, ut, ubicumque v. c. cum Pithoei, Turnebi, Lambini, Bosii adnotationibus ex Z consentit, eam lectionem munitiorem esse indicemus, ubicumque v. c. cum *Σ* vel *Δ* consentit, de Z nihil constat, veri simile putemus, v. c. esse Z. d) L(mgo) . . . et ita v. c. vel v. c. . . . et ita

L(mgo) multo pluris sunt: nam cum constet, quanti Lambinus Z aestimaverit, ista nota saepe valet: 'ita L. in vetere codice repperit eamque lectionem probavit'; quamquam v. c. et L(mgo) maiorem habet auctoritatem, ubi cum Turnebi, Bosii, Lambini adnotationibus ex Z consentit. e) q. v. c. caute adhibendi sunt; nam ea nota complures codices comprehenduntur. f) L(mgo) cum hoc valeat 'ita Lambinus scribi iussit itaque ipse in textu posuisset, si ed. post. curasset', cum maxima cautione adhibendum est; ubi igitur L(mgo) cum Z consentit aut cum W aut etiam cum Σ, lectio ex Z videtur hausta esse; ubi vero L(mgo) nulla certa lectione confirmatur, coniecturae instar est. g) al. lectiones ex aliis editionibus significat atque, cum ipse textus ed. post. Lambinianae pessimus sit, non numquam cum codicibus consentit; cum vero eae lectiones, quae al. notantur, non ex ipsis codicibus sed ex editionibus haustae sint, nullius momenti eas esse iudico. h) fort. meras coniecturas indicat neque eae lectiones ad recensendas, sed ad emendandas epistulas adhibendae sunt. i) Ipse textus ed. post. Lambinianae nihili est neque adhibendus est nisi ad eas lectiones quae in margine sunt illustrandas.

7) ZB = Bosii adnotationes ex Z in editione Ciceronis ad Atticum epistularum, quae prodiit Ratiasti Lemovicum a. 1580. Repetitae sunt eodem anno Francofurti in officina Wecheliana et bis (a. 1582 et 1585) Antwerpiae apud Christophorum Plantinum: in repetitione Plantiniana quod inscriptum est 'Editio ab emendatione ipsius auctoris ultima', vana est iactatio; nihil enim additum aut correctum est neque ulla re istae repetitiones a libro principe differunt nisi rebus orthographicis et erroribus typographicis.

Bosium mendacissimum fuisse hominem neque umquam Crusellinum et Decurtatum codices fuisse supra p. 3 diximus; itaque recte et Hauptius et Hofmannus cautionem adhiberi iubent, cum de ZB agatur, quod incertum sit, quo loco Bosius mentitus sit, quo loco veram ex Z lectionem adferat. Tamen nos, etsi cauti erimus, raro Bosium in Z adferendo mentitum esse credimus, primum quod homini timendum erat, ne, si

quid ficti atque falsi codici Turnesiano tribuisset, facile fraudis ac mendacii convinceretur; tum quod saepe Bosium Decurtato et Crusellino abuti intellegimus ad suspiciones ipsius vel aliorum virorum confirmandas; multis enim locis aut lectiones coniciendo excogitatas nomine eius qui excogitavit allato ex Crusellino et Decurtato adfert aut ita lectiones ex Crusellino et Decurtato citat, ut silentio praetereat eas lectiones multo ante coniectura inventas esse: quod cum saepe in Crusellino et Decurtato Bosius faciat, nusquam in Z eum facere video.

I 5, 4 'Aperte *duxissem* scriptum est in Decurtato, quo modo legendum censet Malaspina'. — I 19, 2 'Perspicue scriptum erat in Scidis, *Clodiani filius* . . . . . ita vero legendum esse alii ante nos docuerunt'; docuerat Sigonius. — II 1, 7 'Optimus coniector hic fuit Malaspina, ut ex Scidis perspexi: in quibus manifesto scriptum est, *alia*: non, *alii*'. — II 21, 5 'Recte Malaspina ex coniectura emendavit, *quin*, pro, *qui*, ut ex Crusellino et Decurtato animadverti, in quibus plane ita legitur'. — II 24, 4 'eius' (scil. Lambini) 'vero emendationem confirmat castigatissima haec lectio Decurtati: *quid quaeris? nihil me infortunatius, nihil fortunatius est Catulo, cum splendore vitae, tum hoc tempore*'. — III 12, 3 'Desiderabatur hic vocula, *re*, ante adverbium, *istic*; quam nos ex Scidis et Crusellino in suum locum restituimus'; desiderarat Malaspina. — III 23, 2 'Quod ex coniectura emendavit Malaspina, id nos auctoribus libris manuscriptis: in quibus manifesto scriptum erat, *abrogatur*, et, *quo non* . . .' — III 23, 3 'Placuit repraesentare lectionem Decurtati nostri, quod multo integrior et castigatior sit, quam impressa. sic igitur habet optimus ille codex, *quodve ei qui promulgavit, abrogavit, derogavit, obrogavit, ob eam rem* . . .': mendacium Bosii Wesenbergium fefellit: *abrogavit* et *obrogavit* Pithoeus inserenda esse coniecerat. — IV 3, 4 'Post *Kal.* additur in vulgatis, *Ianuar.*, quam vocem in Decurtato non repperi, et adulterinam esse docuit iamdudum Manutius'. — IV 5, 2 'Reposui auctore Decurtato, *et me asinum germanum fuisse* . . .'; ita Muretus coniecerat. — IV 10, 1 'Initium epistolae etiam in Decurtato';

novae epistulae initium fieri Corradus iusserat. — V 9, 1 'Emendationem Manutii comprobat scriptura haec Decurtati, *congesserant* . . .' — V 9, 2 'Vulgati libri, *de CXX*. nos notam, *c*, expunximus, admoniti cum a vetustiore nostro, tum ab ipso Cicerone epistola 5. huius libri': admonuerat Corradus. — V 12, 1 'Recte Manutius, *ad Ceo*, ut est in Decurtato, et Crusellino'. — V 19, 3 'Plane scriptum erat in Decurtato, ut edidi, *libente te*'; ita coniecerat Lipsius. — VI 6, 2 'Non dubium est quin legendum sit, *cum iam*, ut emendavit Malaspina, quod nobis etiam probarunt Decurtatus, et Crusellinus'. — VII 13b, 1 (13, 5 ed. Baiter.) 'Omnibus litteris scriptum est. *aestuavi*, in Decurtato: quomodo legendum iam dudum docuerunt Turnebus et Lambinus'. — VIII 16, 1 'Manutius legendum suspicatur, *praeter occultum et tutum iter*. ego vero auctoribus Scidis, et Crusellino, ita reponendum affirmo'. — IX 17, 1 'Lego ex Decurtato, *quid praeripis?*'; ita legendum coniecerat Turneb. Adv. I 21. — X 5, 2 'Liquido exaratum est in Scidis, *quod mihi mandas de Q. regendo*'; Victorius *Q.* pro *quodam* coniecerat. — XII 1, 1 'Manutium optimum hic fuisse coniectorem probat haec lectio Decurtati, *II. Kalend.*' — XII 5, 1 'Ex Decurtato, ante vocem Graecam ἄμπνευμα, addidi particulam, *sed* . . .'; Malaspina addiderat *et*. — XII 25, 2 'Legendum, ut habet Decurtatus, *Drusianis vero ⟨hos⟩ hortis multo antepono*'; multo ante in margine Lamb. ed. post. 'fort. *multo ⟨hos⟩ antepono*'. — XIII 21, 5 'Plane in Scidis est, *possum falli ut homo, a meis eam non habere*'; ita correxerat Malaspina. — XIII 34 'Vulgati libri, *VIII. Kal. Iul.* prorsus mendose. nondum enim mensi Quinctili inditum fuerat nomen Iulii. itaque *Iul.* recte abest a Decurtato, quem sequutus sum'; Malaspina errorem invenerat. — XV 29, 1 'Lego, *M. Axianum*, ut est . . . in Crusellino': ita coniecerat Manutius. — XVI 13a, 1 'Scripsi, ut erat in Crusellino, *VI. Idus*. . . . sed hoc iam dudum animadvertit Corradus'. — XVI 14, 3 'Crusellinus, *Quinctus aut tui pronepos*: emendavi *avi tui pronepos*'; Ursinus *Quintus avi tui pronepos* coniecit. — XVI 11, 8 'Recte Crusellinus, *negotiolo stiturum puto*'; Malaspina

situram coniecerat. XVI 5, 3 'Lego ex Crusellino, ut Lambinus emendavit, *O dies in auspiciis Lepidi lepide descriptos*'. — XVI 2, 1 'Legendum ex Crusellino, *alteram a Bruti*'; Lambinus in priore editione ⟨*a*⟩ inseruerat. — XV 26, 4 'Nos veram lectionem sequuti sumus, quam ita e Crusellino expressimus, *M. Aelium cura liberabis: is me paucos specus* etc.'; Bosium coniectura Corradi et Lambini usum esse apparet. — XV 24 'Tornaesianus *HNIS*, unde Lambinus coniecit legendum *H. II.*, id est, hora secunda. sed liquido exaratum erat in Crusellino *H. IIII.*, hoc est, hora quarta. quam lectionem referre quoque videtur Tornaesianus, si propius et attentius eius scripturam spectes'. — XV 19, 1 'In Crusellino erat ANIKTON. unde iudicavi certam esse coniecturam eruditissimi viri Henrici Stephani hic legendum existimantis *ἀνυστὸν*'. — XV 18 1 'Tornaesianus, *et in lacuna vigilarem*: Crusellinus, *et in ea cuna vigilarem*: reposui, *et in ea cura vigilarem*. qua in emendatione gaudeo mihi convenire cum erudito et perspicaci viro Iusto Lipsio'.

Talibus lectionibus ex Crusellino et Decurtato cum totus Bosii libellus refertus sit, nullus nisi me fallit locus est, in quo Bosius scripserit 'Tornaesianus eandem lectionem habet, quam Malaspina (vel Corradus vel Manutius vel Sigonius vel Lipsius) coniectura repperit': unde nos recte efficere putamus, Bosium in plerisque locis atque lectionibus de Z non mentiri.

Deinde, ut Bosii adnotationibus ex Z plerisque locis fidem habendam esse existimem, haec res facit, quod saepe Bosium incredibiles quasdam atque etiam insanas lectiones ex Decurtato et Crusellino adferre video, ut ipse inde coniciendo impudenter lectionem efficiat, eundem raro vel nusquam Turnesiano codice ad eam rem abuti puto: in iis enim coniecturis, quas se haurire ex Crusellini vel Decurtati lectionibus Bosius adfirmat, multae sunt cum audacter excogitatae tum minime rectae atque bonae; in iis vero coniecturis, quas Bosius ex Z se haurire scribit, complures sunt optimae, perpaucae falsae neque vero tam falsae tamve impudenter excogitatae, ut

Bosium de Z mentiri appareat. Homo enim mendax, cum optimum codicem Z haberet, malebat falsas atque ementitas lectiones ex fictis codicibus adferre quam Z diligenter inspicere, idemque cum et agili esset ingenio et maxima in coniciendo facilitate ac felicitate uteretur, in istis fictis atque ementitis lectionibus pueriliter ludere quam graviter deliberando de Z veram lectionem restituere malebat. His igitur locis Bosius lectiones ex Crusellino et Decurtato adfert, quo ipsius coniectura munitior esse videatur:

XVI 13a, 2 'Crusellinus, *via amata:* lego, *via ἀμάρα*'. — XVI 12 'Crusellinus, *pono uni enim.* puto Ciceronem scripsisse, *πονοῦμαι enim*'. — XV 25 'Recte Crusellinus, *ut ut sit res*'. — XV 25 'Scripsi, auctore Crusellino, *et tu etiam scite*'. — XV 20, 2 'Crusellinus, *qua caussa occursus est.* legendum, *qua caussa, ac quorsus est*'. — XV 3, 1 'In Tornaesiano erat, *accepi* ⟨*nati*⟩: in Crusellino, *accepi* ⟨*nati nati*⟩. Emendavi, *accepi in Atinati*'; ex Turnesiani lectione Bosius non male *accepi in Atinati* excogitavit, sed, quo ista coniectura firmior atque certior videretur esse, ex Crusellino qui codex numquam fuit istam lectionem attulit; Ciceronem *accepi in Arpinati* scripsisse Lambinus coniecit, Lambinum recte coniecisse nuper complures viri docti probarunt. — XV 2, 4 'Cum in Crusellino scriptum reperissem, *de qua causo laborat,* statim conieci Ciceronem scripsisse, *καύσῳ laborat*'. — XIV 20, 5 'Post verbum *scripsi,* addidi adverbium *citatim,* ut diserte in Crusellino exaratum reperi'. — XIV 19, 1 '*ΑΤΙΣΙΑι*] Hoc vocabulum depravatum erat in omnibus manuscriptis nostris, extra quam in Decurtato, ubi Latinis litteris scriptum erat, *atisia.* itaque reposui *ἀτισίᾳ*'. — XIV 14, 1 'Depravatissime vulgo legitur, *de Pherionum more Puteolano,* pro, *de Phario nummo re Puteolano,* ut ex Decurtato edidi'. — XIII 25, 3 'Scripsi ex Decurtato, *tam enitar ἔργον*'. — XII 44, 3 'Lego igitur ex Decurtato, *nec arctim*'. — XII 27, 1 'Scidae, *ac si ullam rem*: lego, *ad suillam rem*'. — XII 23, 2 'Vulgati libri, *accessione non maxima,* mendose. ideo putat Corradus expungendam esse

negationem. Ego pro, *non*, reposui, *nunc*, ut legebatur in Crusellino'.

Non nullis locis Bosium falsam ex Z lectionem neglegentia potius labentem quam mentientem putamus adferre; recte enim plerasque discrepantias quae sunt inter ZL^{12} et ZB Detlefsenus p. 124 non tam Bosii mendacitati quam aut Lambini aut Bosii neglegentiae, quae in utroque satis magna fuit, tribuit: quamquam hoc neminem fugit, ubicumque ZB a ZL^{12} differt, maiorem fidem ZL^{12} quam ZB habendam esse. Istos locos quod Detlefsenus collegit, nos non adferimus.

Denique ZB plerisque locis cum Σ tum ZL^{12}, v. c. vel v. c. et ita L(mgo) confirmatur: quod si quis dicat, eas ipsas lectiones Bosium aut ex Σ aut ex quodam deperdito codice sumpsisse atque impudenter mentientem codici Turnesiano tribuisse, nos quod consilium Bosius in tali fraude secutus sit non intellegimus; nam et facile, id si fecisset, fraudis convictus esset et ipse suum institutum neglexisset; nam Bosius, id quod supra exposuimus, duas ob causas fictas lectiones attulit, et ut veterum philologorum coniecturas se in codicibus repperisse itaque istas novas lectiones codicum auctoritate munitas esse adfirmaret et ut ipse e fictis lectionibus insanas atque impudenter excogitatas coniecturas efficeret. Ceterum tot locis ZB cum v. c. vel v. c. et ita L(mgo) consentit, ut, nisi non nullae eaeque verae lectiones ZB essent, facile esset ad suspicandum, Bosium etsi Turnesianum sine dubio vidit tamen lectiones eas quas ipse adfert non collato ipso codice adferre, sed ex Lambini quodam libro, in cuius margine Lambinus lectiones ex Z ad posteriorem editionem parandam posuerat, illas lectiones hausisse: id enim ita si factum esset, facile explicari posset, qua re ZB plerisque locis cum ZL^{12} vel cum v. c. vel cum v. c. et ita L(mgo) consentiret, contra multis locis, quibus Z a Δ et Σ dissensisse ex C et W suspicari licet, neque ZB neque ZL^{12} vel v. c. vel v. c. et ita L(mgo) exstaret. Nunc vero, cum Bosius non nullis locis

solus ex codice Turnesiano veram lectionem vel genuinam adferat, illam suspicionem abicimus atque, ut iisdem fere locis Bosius atque Lambinus in utraque editione et ex Z lectiones proferant et de Z taceant, factum esse iudicamus similitudine consiliorum ac rationum quibus uterque vir et in codice inspiciendo et in editione paranda usus est.

Ex iis locis, quibus solus Bosius ex Z lectiones commemorat, non nullos adferendos esse putamus:

I 4. 3 *singulare est* ⟨*insigne*⟩ ZB, L(mgo); contra neque ZL[1 2] neque v. c. neque v. c. et ita L(mgo) adsunt; ⟨*insigne*⟩ Σ: [*insigne*] Δ. — II 24, 1 *ad illa celeu adde etiam* cod. Memmianus apud Turnebum Adv. XXX 13; κελεὺ non nulli libri Turnebi teste L[1]: *ad illa κελεύματα adde* L(mgo): 'Scripsi ex Decurtato, et Tornaesiano κέλευσιν, quo loco Victorius edit *celeritatem*' Bosius: *celeritatem* Σ, Δ; nos non credimus, Bosium recte de Z referre, atque suspicamur eum Turnesianum errore pro Crusellino nominasse. — V 15, 1 *clavum animo verbis* ZB, quae lectio a M non differt. — V 17, 5 *muni* ZB et C: *ama* Σ, Δ. — V 20, 1 *septimo et quadragesimo* ZB solus, falso; cf. Bootii adn. ad h. l. — VI 2, 9 *nimis* ⟨*nimis*⟩ *inquam* ZB; repetendum esse vocabulum Malaspina coniecerat; in Σ et Δ alterum *nimis* deest. — VII 3, 2 ⟨*saepe*⟩ *opportune dici videtur* ZB, L(mgo); contra neque ZL[1 2] neque v. c. vel v. c. et ita L(mgo) adsunt: [*saepe*] Σ, Δ. — X 4, 5 *nisi die* ZB, Σ, unde Bosius recte *nisi pie* fecit; meras coniecturas habet Δ. — X 7, 1 *admodestior* ZB: *modestior* Σ, Δ. — X 11, 3 *ea* ⟨*tempora sunt ut*⟩ *omnia* ZB, W, c: [*tempora sunt ut*] Σ, Δ. — XII 5, 3 *puto* ⟨*proximis*⟩ ZB, Σ: [*proximis*] Δ. — XII 10 *cum Tisameno* ZB: *cum testamento* Σ, Δ.

Et res et lectiones probant Bosium et neglegenter non numquam de Z referre et plerisque locis vere dicere. Quoniam autem dubium est, quanta perfidis hominibus fides sit habenda, Bosii pravitas facit, ut in iis locis, quibus homo solus lectionem ex Z adfert, cautio quaedam adhibeatur, et tamen ex iis ipsis, quae Mommsenus et Hauptius ex animadversionibus Bosii ineditis attulerunt, caute ZB ad-

hibendum esse apparet: ut enim viri illi doctissimi, cum istas animadversiones cum Bosii commentario typis impresso conferentes alias lectiones in animadversionibus scriptis alias in commentario typis impresso invenissent, recte effecerunt, Decurtatum et Crusellinum codices fictos esse neque umquam fuisse, ita eaedem animadversiones cum commentario collatae probant, non nullis locis Bosium alias ex Z lectiones in animadversionibus alias in commentario typis impresso scripsisse, et faciunt, ut ZB soli diffidendum esse videatur:

X 12b, 3 animadversiones ex Z habent *ακιμολον*, commentarius *AKI ΛΛΛΟΛΟΝ*: levis est discrepantia et dubitari potest utrum neglegentiae Bosii an perfidiae tribuenda sit. — XI 12, 1 in commentario Bosius de Z tacet, in animadversionibus *lomeo* esse in Z adfirmat: Lambinus in adn. ad ed. post. *tamen L. Lomeo his* vel *tamen comeo his* antiquam scripturam esse dicit; v. c. habet *tamen L. lomeo his*. — XII 28, 2 in animadversionibus Bosius Z tribuit hanc lectionem *sed intus erat* [*enim*] *ubi acquiescerem*, in commentario *enim* a Z abesse non dicit, in ipsa editione *enim* servat; gravissima est ista discrepantia. — XIII 31, 3 in animadversionibus Z tribuitur *κεϱικα*, in commentario *KEKBIKΛ*. — XIII 42 in animadversionibus *fatur* Z, in commentario *eatur* omnibus codicibus suis Bosius tribuit; v. c. habet *eatur*.

Quae cum ita sint, recte nobis dixisse videmur, caute in ZB adhibendo agendum esse: multo vero facilius et rectius tota res tractari poterit, si quis philologus ex istis ineditis animadversionibus omnes lectiones Z cum eiusdem codicis lectionibus in commentario Bosii positis compararit atque ZL^{12} et v. c. adhibitis exposuerit, quot locis animadversiones a commentario discrepent, quam graves istae discrepantiae sint, ecqua lectio in animadversionibus posita atque in commentario neglecta cum ZL^{12} vel v. c. consentiat, si dissentit, num veram neque coniectura inventam esse et sententia et ipsius lectionis indoles probet; neque enim dubitamus, quin complures lectiones Bosius ex Z in animadversionibus positas in commentario neglegenter omiserit, ea vero est auctoritate

codex Turnesianus tamque infirma sunt fundamenta critica harum epistularum, ut quicquid certi et recti de Z constitui potest non omittendum esse videatur.

Ut lectio ZB sola infirma est, ita multo minorem auctoritatem iis lectionibus tribuendam esse iudico, quas Bosius se in suis vel in omnibus suis libris codicibusve invenire adfirmat neque vero in ipso Z esse dicit.

Restat, ut exponamus quas rationes in ZB adhibendo sequendas esse existimemus; qua de re haec iudicamus: a) Ubicumque ZB cum ZL^1 aut ZL^2 aut cod. Pithoei aut cod. Turnebi consentit, de ZB nihil dubium est. b) Ubicumque ZB cum l vel v. c. vel v. c. et ita L(mgo) consentit, Bosium verum dicere iudico. c) Ubicumque ZB cum C vel W vel c vel Σ consentit, nihil est quod Bosio diffidendum esse credamus. d) Ubicumque Bosius solus lectionem ex Z adfert, iudicium valeto: si necessaria est lectio, in textu ponitor; si non est necessaria, a textu abesto, ne neglegitor in adnotatione critica.

Baiterus complures lectiones ex ZB neglexit.

8) b = lectiones a Bosio primo in textu positae. Utrum Bosius tacite non nullas lectiones ex Z in textum receperit an ubicumque textum mutavit in adnotationibus notam addiderit, nunc nos diiudicare non possumus atque in posterum tempus rem difficillimam explorandam differimus: multi enim temporis est investigare, quod exemplar Bosius secutus sit, Bosianam editionem de isto exemplari detrahere, residuas lectiones Bosianas cum prioribus editionibus conferre, coniecturas ante annum 1580 excogitatas cum lectionibus a Bosio novatis conferre. In ea editione, quam nos curabimus, res breviter exponetur atque lectiones. si quae erunt a Bosio novatae, b appellabuntur.

9) B^2 vel v. c. B^2 vel Bosius in addendis eae notae appellandae sunt, de quibus Graevius in praef. haec scripsit: ‘Praeter notas, quas ipse iuris publici fecit Bosius, leges hic non nullas ineditas ante, quibus priores auxerat sua manu. Eas excerpsit, et mihi misit civis Bosii, Stephanus Balusius . . . .’.

His in notis, quas Graevius in addendis posteriori tomo subiecit, Bosius et novas coniecturas adfert et errores in editione commissos corrigit et lectiones ex V. C. adfert, Turnesianum ipsum non nominat.

10) V. C. Pith.[2]. Magnam nobis exspectationem movebant ea, quae Graevius in praef. scripsit: 'Bernhardi liberalitati debeo praeter haec editionem Lambini omnium Ciceronis operum Argentoratensem, quam cum veteri codice commisit ὁ πάνυ Petrus Pithaeus', neque vero in ipsius Graevii editionis notis aut variis lectionibus aut addendis a Graevio certiora quaedam ex eo libro allata esse videbam. Cum Bernhardus ille, cui se illum librum debere Graevius scribit, professor Oxoniensis fuisset, initio librum in Anglia esse putabam; post, cum notae eius reminiscerer, quam Baiterus in editione Turicensi ante orationem pro Archia habitam posuit, 'P = lectiones a P. Pithoeo ad margines exempli editionis Lambinianae a. 1581, quod exstat in bibliotheca Heidelbergensi, adscriptae. Post Graevium iterum exscripsit Halmius' cumque P quanti essent in ea oratione cognitum haberem, Zangemeisterum virum doctissimum, qui illi bibliothecae praeest, rogavi, ut eum librum, qui epistulas ad Atticum contineret, mihi Berolinum mittendum curaret; roganti vir clarissimus plane satis fecit neque solum unum, sed omnes eius editionis libros misit. Quid nos invenerimus, paucis exponemus. Editio Argentoratensis, ut supra p. 90 dixi, mera est repetitio ed. alterius Lambinianae, quae prodiit a. 1572; in margine eius libri Pithoeus multas coniecturas adscripsit vel suas vel Malaspinae, Victorii, aliorum; idem librum non tam cum codice aliquo contulit quam non nullis locis et textum et lectiones, quae in margine sunt, ex libris impressis ita confirmavit, ut V. vel Vet. vel V. C. adiceret. Quis iste V. vel Vet. vel V. C. fuerit, non facile uno quoque loco diiudicatur, quod complures libros Pithoeum inspexisse apparet.

I 16, 5 *introductiones*, quod in textu est, Pithoeus linea subduxit et adscripsit 'sic V. C. (vel V. O.) Malesp.', atque re vera Malaspina *introductiones* in omnibus suis esse adfirmavit;

III 9. 2 Pithoeus lectionem quae in margine est 'v. c. *optimo genere*' linea subduxit et adscripsit 'V. C. Victorii quem vide'; IV 3, 5 Pithoeus adscripsit 'Vet. *si sentitur veiam obtulerit*. Bess. (arionis cod.) *veniam*'; Med. habet ista *si sentitur veiam obtulerit*, contra C, ZL^2, ZB *si se uti turbae iam obtulerit* (sed Bosius *ut it urbae*); V 13, 2 in textu est *Seium Rhodium et Apollonicensem*; illud *Rhodium* linea est subductum et adscriptum '*tragedi* al. *tradi*'; Mal. ex Romano adfert *tragedi, tradi* vero est in M; VI 1, 25 *in merito* linea subduxit Pithoeus et adscripsit 'ita V. C.'; M^2 habet *in merito*, contra *in mentor* M^1, ZL^1; X 10, 5 '*vellunt ridiculo* V.' adscripsit Pithoeus; *vellunt ridiculos* M^1, *vel lutridiculo* ZL^1.

Non nullis locis adnotare quaedam voluit Pithoeus neque vero adnotationem confecit; VI 6, 4 lectio quae est in margine 'L. *fert vita hominum. Quid* et ita v. c.' linea transversa est deleta neque vero quicquam adscriptum. Ipsum codicem Turnesianum uno loco Pithoeus nominavit I 1, 2, quo loco adscriptum est 'Turnes. *nunciteri*'; ZL^1 *nunciteri*, ZB *mun citeri*. Nullo loco est genuina aut vera lectio adscripta; nam XI 25, 3 quae adscripta sunt . . . '*nihil unquam ita levatum* V. C.' prava est coniectura in cod. Ball.; cf. Graevii adn. in Var. Lect.

Quae cum ita sint, nos Pithoeum neque Turnesianum neque alterum codicem cum ista editione contulisse putamus, hoc nobis persuasum est, Pithoeum ex Malaspinae, Manutii, Lambini, Bosii, Victorii, aliorum libris vel adnotationibus in margine quaedam posuisse vel ad textum vel ad lectiones quae in margine sunt illustrandas.

11) Erricum Stephanum, id quod ex Lambini[1] adn. ad IV 17 (18, 1 ed. Baiter.) coniciebam, Turnesiano cod. usum esse credidi neque vero quicquam apud eum repperi. Ne Cuiacius quidem ullo loco Turnesianum nominat, etsi Bosius ad II 17, 3 adnotat 'Iamdudum Iacobus Cuiacius . . . legendum esse docuit, *Alabarches* . . . . . cum ita scriptum reperisset in codice Tornaesiano'; VI 3, 1 '*tagax*, ut olim ex codice Tornaesiano emendavit . . . Iacobus Cuiacius'; rectius ad

priorem locum Lambinus[2] adnotat '*Alabarches* esse legendum, libris omnibus invitis, probat Cuiatius', ad posteriorem Lambinus[1] '*tagax*] sic emendat Cuiatius noster'. Cuiacii igitur coniecturas ex Lambini adnotationibus hausisse, Cuiacium codice Turnesiano usum esse finxisse Bosius homo levissimus videtur.

12) Graevius in Variis Lectionibus quae utrique tomo subiectae sunt paucis locis ex Z lectiones adfert, quas apud nullum eorum, de quorum libris supra dixi, inveni; I 6, 2 Graevius adnotat '*a. d. IIII Kal.* Tornaes. et Ball.' (non *a. d. VIII Kal.*); I 13, 6 'Cod. Turnaes. *HS. CXXXI*' (non *HS. CCCCXXXVII*). Nos, cum notum sit, quanta fuerit talibus in rebus neglegentia veterum philologorum cumque multo ante Graevium Turnesianum aut perisse aut tenebris obrutum esse credamus, talibus notis diffidendum censemus.

13) Ecquis praeterea codice Turnesiano usus sit et quibus rebus factum sit, ut optimus codex periret aut delitesceret, non constat; quaecumque vero ad eum attinent, digna sunt quae diligentissime in Gallia investigentur.

Restat ut qui fuerit status cod. Turnesiani paucis exponam. Erant in eo epp. ad Atticum, aberant et ad Qu. fr. epp. et ad M. Brutum et ad Octavianum; neque enim Lambinus in altera utra editione ad eas epistulas ex Z lectionem haurit neque Turnebus ullum locum ex iis epp. ita emendat, ut lectionem Turnesiani adferat. Contra et I 18, 1 — 19, 11 et XVI 16, 8—18, quae epp. in M desunt, Turnesianum habuisse inde apparet, quod ad priorem locum Lambinus in utraque editione, Pithoeus in eo libro, quem supra p. 85 attulimus, Bosius ex Z lectiones hauriunt et quod XVI 16, 10 *totum hoc* ⟨*da*⟩ I, v. c. et L(mgo), ZB, XVI 16, 18 *ita est firma* v. c. et L(mgo), ZB exstant.

Graeca vocabula maiusculis litteris scripta erant; cff. L[1] ad X, 13, 3 ed. Baiter.; L[2] ad IX 13, 4; Bosii adn. ad IV 18, 1; V 11, 4; IX 4, 2; X 12, 2; X 18, 2; XII 9; XII 38, 4; XIII 23, 3; XIII 31, 2; XV 5, 1.

Nomen videtur codex traxisse a Io. Tornaesio vel Turnesio Lugdunensi, cuius et Pithoeus I c. 13 mentionem facit his verbis 'cui (scil. Lud. Miraeo) hoc munus (scil. editionem Ausonianam) Io. Tornaesius vir et ipse optimus iniunxerat' et Lambinus in adn. ad somnium Scipionis (ed. prior. IV p. 494a) 'ex veteris scripturae vestigiis, quae observavi in Nonio manusc. qui est apud IO. Turnes. typographum clariss. non ita pridem mortuum, cum essem Lugduni, conieci sic esse legendum . . .'

Z non fuisse liberum erroribus et coniecturis, non nullis locis rasuras vel correcturas habuisse, non omnibus locis in Z tradita verba facile legi potuisse ex his locis apparet:

I 14, 3 *proxime Pompeium* Z L², Z B; 'sed correctoris, seu potius corruptoris manus locum inquinavit' L². — II 16, 2 *se leges Caesaris probare* Z L², 'nisi quod videtur esse scriptum, *si leges*'; idem error est in Σ, Δ. — III 17, 3 '*cave vereri* (quamquam postrema syllaba non admodum appareat)' Z L². — XV 20, 4 *sitne autem explicata*] 'in codice Turnes. dimidia fere pars huius vocis (scil. *explicata*) iacet in lacuna' L². — II 19, 2 [*tam infame*] Z L². — VII 13b, 3 (13, 7 ed. Baiter.) [*scribas*] Z L². — 'Litterae *R*, et *S*, adeo ambigua forma expressae sunt in codice Tornaesiano, ut vix alteram ab altera internoscas, incertumque sit, *Sopolidis*, an. *ropolidis* hic exaratum sit' Bosius ad IV 18, 4 (p. 108, 33 ed. Bosianae). — VIII 3, 3 *nostro attenter* Z L². — XIV, 17a, 4 *transferam* Z L¹; cod. alter Med. ad fam. IX 14 habet recte *transfuderim*. — VII 3, 8 *quam* ⟨*ego*⟩ [*omnem pecuniam*] Z L¹. — VII 13a, 1 'Codex Turnes. habet *quamquam totius belli quod sit* et c., et supra vocem, *totius*, quod subiecta linea, quasi damnatum, ac deletum est, habet scriptum, *genus*' L².

Pauca de rebus orthographicis ii, qui Z usi sunt, scripserunt; ex quibus haec adfero: *afuit*, non *abfuit*, omnibus locis in Z fuisse testes sunt L¹ ad IV 13, 1; L² ad XIII 21, 5; cfl. L² ad VI 4, 2; v. c. et L(mgo) ad XIII 2, 3. — *epistula*, non *epistola*, *adulescens*, non *adolescens* in Z fuisse videtur; cf. L² ad VII 8, 1. — *quicq.*, non *quidque*, L¹ adfert ad XV 8, 1;

dubium vero est, utrum sic Z omnibus locis an hoc uno loco habuerit. — *magno opere*, non *magnopere*, in Z fuit, si quidem Bosio fides habenda est scribenti ad XII 43, 1 'Ceterum veteres nostri fere passim in his epistolis edunt *quanto opere*, et, *magno opere*, pro *quantopere*, et, *magnopere*'. — Ex v. c., quem multis locis Z esse p. 92 diximus, multo plures res orthographicae adnotantur; ex quibus haec pono: I 1, 1 v. c. *ut opinio'st* (et ita saepius *'st* pro *est*); I 8, 2 v. c. *reprendendi* (itaque multis locis *prendo* pro *prehendo*); I 11, 1 v. c. *intellegebam*; I 14, 5 v. c. *adsenserunt*; I 20, 3 v. c. *paenitet*; II 16, 1 v. c. *vicensimam*; II 18, 1 v. c. *benivolentiae*; II 19, 2 v. c. *nil*; III 8, 2 v. c. *magno opere*; III 24, 1 v. c. *suscensent*; IV 5, 1 v. c. *urguebar*; IV 13, 1 v. c. *mercule*; IV 16, 3 v. c. *valitudine*; V 5, 1 v. c. *proficiscentis* et *omnis* (itaque multis locis *-is* pro *-es*); VII 3, 5 v. c. *habundat*; VIII 7, 1 v. c. *quoi* (pro *cui*); VIII 11, 6 v. c. *neglegentiam*; VIII 11d, 7 v. c. *subicerer*; IX 6, 1 v. c. *tramisisse*; XI 17, 1 v. c. *temptasse*; XIII 10, 3 v. c. *petisse* (non *petiisse*); XIII 20, 4 v. c. *contempnere*; XIV 17a, 1 v. c. *cotidie*; XV 1b, 1 v. c. et L(mgo) *deverteramque* (non *diverteramque*); XV 13, 4 v. c. et L(mgo) *reciperatura*. I 8, 2 v. c. *ecferimur*; I 12, 1 v. c. *lubeat* pro *libeat*; II 24, 3 v. c. *coniceretur* (itaque saepius); III 15, 2 v. c. *incolomis* et *incolomitatem*; VI 1, 2 v. c. et ita L(mgo) *suscenset*; VI 3, 5 v. c. *suscenset*; VII 14, 3 v. c. *quoi* (non *cui*); VII 23, 1 v. c. *cohortis* (non *cohortes*); VIII 6, 1 v. c. *quoius*; VIII 14, 1 v. c. *intellego*; X 14, 2 v. c. *inbecillior* (non *imbecillior*); XI 1. 2 v. c. *viciens*; XI 13, 4 v. c. *aspecsimus*; XI 23, 1 v. c. *temptari*; XII 29, 2 v. c. *quanto opere*; XIII 11, 1 v. c. *diiunctior* (non *disiunctior*); XIV 3, 1 v. c. *redissent* et XV 9, 2 *transisse*; XV 15, 1 v. c. *conposui*; XV 20, 4 v. c. *derit* (non *deerit*, itaque pluribus locis *desse* pro *deesse*); XVI 11, 3 v. c. *gravido* et XVI 14, 3 *gravidini*; XVI 15, 2 v. c. *vementer*.

Compluribus locis in Z *b* pro *v* et *v* pro *b* scriptum erat: I 15, 2 *habeo* ZL² (pro *aveo*); IV 1, 1 *bene* (pro *vere*) ZL²; IV 6, 3 *lebitatis* (pro *levitatis*) ZL² ad IV 12, qui eo loco ad-

notat 'Turnes. pro. *biduum.* habet usitato illorum temporum vitio. *viduum. v.* pro *b.* quemadmodum *vene.* pro. *bene.* et contra, *iubentuti*, pro *iuventuti* . . .'; XIII 22, 2 *acervam* v. c. (pro *acerbam*).

CAPUT VI.

QUO MODO VETERUM PHILOLOGORUM EX CODICIBUS MANU SCRIPTIS ADNOTATIONIBUS UTENDUM SIT.

Quam caute iis utendum sit. quae veteres philologi de codicibus tradiderunt, satis notum est. Solent enim quemcumque codicem adhibent laudare eius lectiones maximeque in eo peccant. quod suum quisque codicem antiquissimum putat; iidem ex iis codicibus, quos plurimi faciunt, multas lectiones tam ambiguis atque incertis verbis adferunt. ut inde certa coniectura effici non possit.

L^1 ad IV 19, 1 ed. Baiter. Aurati coniecturam *γεράνδρυον* adfert atque addit: 'adiuvat autem Aurati coniecturam cod. Turnesianus': quid in Z fuerit, non addit neque nos sciremus atque portentum quoddam lectionis in Z fuisse suspicaremur. nisi Bosius lectionem ex Z attulisset. — L^1 ad X 12b, 3 (12. 7) adnotat '*ἦθος ἀκιμώλιον*] secutus sum antiquae scripturae vestigia. et Corradi coniecturam'. L^2 conicit *ἀκίβδηλον*, Bosius ipsam lectionem ex Z servavit *ΑΚΙ ΑΑΔΟΔΟΝ*; cf. supra p. 111. — XVI 1, 1 L^1 adnotat '*θέωμεν* edendum curavimus . . . cod. Turnesianum secuti', idem in calce tom. I addit: 'Licet etiam ex antiquae scripturae vestigiis legere *ἐῶμεν*'; L^2 habet '*θέωμεν*] sic edendum curavimus . . . cod. Turnesianum secuti. quamquam ex eodem licet legere, *ἔι' ἐῶμεν.* sive. *ἐῶμεν*', Bosius *ΕΤΕΩ ΜΕΝ* veteres codd. habuisse adfirmat neque vero Z nominat, Turnebus denique XXIII 29 ex

antiquo codice ἔτι ἐῷμεν adfert: itaque nos quid re vera in Z fuerit ignoramus. — De C cf. supra p. 83 squ.

Diligentissime in iis sententiis quas veteres philologi ex suis codicibus adferunt animadvertendum iudicamus, quae vocabula vel quod vocabulum ex ea sententia quae tractatur codicum auxilio corrigere velint; neque enim raro fieri putamus, ut veteres philologi, quo facilius ii qui legant vocabula allata in suis libris inveniant, totas sententias ponant atque ita adfirmare videantur, se omnia ea verba in suis codicibus invenisse, cum re vera unum vocabulum vel duo vocabula cum codicibus contulerint reliquamque sententiam ex editione aliqua hauriant:

XI 2, 1 *ex multissimis miserrimis* habent M, s, R, P, O^2; *multis meis miserr.* C, O^1; O^2 non delet *meis*; L^2 adnotat '*ex multis meis, et miserr. curis est una levata*] sic habet plane scriptum codex Turnesianus: atque ita legendum: quod viderat Corradus, sola, ut apparet, coniectura ductus. nunc nihil opus est coniectura, quando haec scriptura in codicibus antiquis reperitur'. Ex hac adnotatione Wesenbergius effecit, *et* ante *miserrimis* in Z fuisse neque animadvertit. Lambinum unum illud *levata,* quod Corradus coniectura invenerat, respicere, istud *et* non curare. Cum vero iam I, A^{12}, c habeant *multissimis et miserrimis,* editiones man et st et l *et* ante *miserrimis* in textu servent, Bosius *levata* ex Z proferat atque de *et* taceat, non dubito, quin [*et*] *miserrimis* in Z fuerit. — XVI 1, 5 Turnebus XXIII 29 *Ovius enim recesis multa quae vellem: in his ne hoc quidem malum, in mandatis abunde HS LXX. satis esse* ex antiquis codicibus adfert atque inde haec conicit *Ovius enim recens; is* ... Erret vero qui ex Turnebi adn. concludat *LXX* in Z fuisse, *si* aut *sit,* quod ante *abunde* in omnibus codd. est, a Z afuisse; nam *sit abunde* libros veteres habere L^2 adfirmat, Bosius ex Z et Mal. ex suis codd. citant, Δ et Σ *si* habent. Numerum denique *LXX* Turnebus ex st hausit neque de isto numero Z inspexit; nam I, A^{12}, M, O^1 habent *LXXII,* c, Ant., R, P *LXXV,* l cum victoriana et manutiana ed. *LXXII* in textu posuit. Itaque hoc

loco apparet, priora verba Turnebum cum Z contulisse, in posterioribus Z neglexisse.

Denique illud moneo, et Malaspinae librum et Bosii editionem atque repetitiones adnotationum Bosianarum et Lambini editiones atque adnotationes multis erroribus typothetarum inquinatas esse, ex quibus non paucos ipsi illi viri in calce librorum corrigunt, multos neglexerunt; itaque, cum editoris non sit, ex veteribus libris errores adferre, si quis in nova epistularum editione quid neglectum esse putabit, debebit et corrigenda in calce veterum librorum posita inspicere neque varias Lambinianae editionis post. repetitiones neglegere, et si in aliqua re editio nova a veterum philologorum verbis discrepabit, secum considerabit, utrum vera atque genuina lectio neglecta sit an vetus mendum typographicum silentio praetermissum sit.

CAPUT VII.

STEMMA CODICUM CONSTITUITUR.

Multa de C et Z disputavimus, quod et rei gravitas et eorum codicum qui exstant condicio postulabat, ut quicquid de C et Z indagari posset a nobis indagaretur. Neque vero quicquam aut diximus aut dicere voluimus, quanti C et Z aestimandi esse viderentur; haec probanda nobis sumpsimus, C multis locis in c et in Graeco indice editionis Cratandrinae inesse, Z lectionibus a Pithoeo et Turnebo allatis, multis locis v. c. aut v. c. et ita L(mgo), non nullis locis l et L(mgo), plerisque locis ZB contineri: ubicumque vero c aut l aut v. c. aut L(mgo) aut ZB cum lectione aliunde prolata consentiret, non iam posse dubitari, quid C aut Z habuissent.

Iam magnam et difficilem rem suscipiemus; nam cum ex C, Z, W multae lectiones desint atque archetypus eorum codicum qui exstant duplicibus lectionibus, id quod infra probabimus, usus esse videatur, stemmatis constituendi difficultas tanta est, ut nos nisi caute atque etiam anxie rem egerimus facile de vero aberraturos esse intellegamus: tamen nos quod et opus necessarium est neque res plane desperanda videtur esse, quantum poterimus, efficiemus.

Ex eodem archetypo C, W, Z, Σ, Δ profectos esse ex his locis intellegitur: I 1, 2 ZL^1, ZB cum Σ, Δ communem errorem habet; II 22, 1 et Lambini^1 codd. et Σ. Δ post *mansisses* lacunam habent: I 12, 3 *Seprullae* C, ZB, codd. Lambini^1: similia Σ, M (in s. O^2 est *servule*); IV 3, 5 *si se uti turbae iam obtulerit* C, ZL^2, ZB (sed is *ut it urbae*): similia Σ, Δ; VI 1, 19 *scire. ⟨Sed⟩ verum* W, Σ, Δ; VIII 16, 2 '*donum* aut certe *domum*. utrumque enim habent anti. cod.' C: eadem sunt in Σ, Δ; IX 7, 1 *quae mihi quiddam quastant mutaet estiliarunt* antiqua est scriptura L^2 teste, *quae mihi quiddam qua stant mutae testiliarunt* ZB: similia Δ, Σ; IX 9, 1 *Festivo* ZL^1, v. c., ZB: idem vel similia Δ, Σ; IX 17, 2 *inni admodo* ZL^2, *in id modo* ZB: similia Δ, Σ; X 5, 3 *Istomacho* C: similia Δ, Σ; XI 5, 1 *tanta fuit* (vel *Fuit*) W, Δ, O, *tantum* (vel *tanta*) *enim fuit* P, R; XI 5, 3 *scriptis litteris* W, v. c., ZB, Δ, Σ; XI 9, 2 *cessim his* W, v. c., ZB: *cessimus* Δ, R, E, O^2, *cessi in iis* O^1; XI 21, 3 *obliviscar* [*mei*] W, Δ, Σ: XII 9 C. v. c., ZB, Δ, Σ Graeca vocabula eodem modo corrupta habent: XIV 17a, 1 *in his locis conveniunt* C, v. c., Δ, Σ, *in haec loca veniant* F, i. e. alterum eius epistulae exemplum in libris ad fam. IX 14; cf. Lehmanni Quaest. Tull. p. 58; XV 24 *hns* vel *hnis* vel *his* vel similia libri Lambini$^{1\,2}$, ZB, Σ, Δ, codd. Malaspinae.

Ex eo archetypo, quem nos X appellamus, quodam tempore duo codices descripti sunt, Y et Ω, ex Y orti sunt C (c, index Graecus in C), W, Z (cod. Pithoei, cod. Turnebi, ZL^1, l, ZL^2, v. c., v. c. et L(mgo), L(mgo), ZB, b (?), v. c. B^2 in Add.), ex Ω vero Σ et Δ profecti sunt; hoc igitur stemma est:



Ad istud stemma probandum hos locos adfero; ex quibus apparet, et quantum sit discrimen inter Y et Ω et quam recte supra dixerim c, indicem Graecum in C, l, v. c., v. c. et L(mgo), ZB, etsi cautio adhibenda sit, tamen minime neglegendos esse:

II 15, 2 *siveru etget* C, *servetget* ZL^2, ZB: [*get*] Δ, Σ, sed M spatio sex fere litterarum relicto; N habet suas lineas distortas inter *tamen si* et *re pu*. — II 19, 2 *peraeque* C, *peraequi* ZL^2: *de reque* M^1; *de re quae* H; *denique* M^2, s, E, N, P, O^2 (scil. m^2 scripsit in O *nique* in rasura). — II 25, 1 ⟨*non quo faceret*⟩ C, ZL^1: [*non quo faceret*] Δ, Σ. — III 15, 5 *quid est firmius* C, l, L(mgo) et ita v. c., ZB: *sic est firmius* M, *sic erit firmius* s, *sic est firmus* N, O, P. — V 17, 5 *muni* C, ZB: *ama* Δ, Σ. — V 18, 1 *fere* C, libri veteres aliquot L^1, ZB: *referto* Δ, H, O; *refercto* P; *reperto* N; et hoc loco et aliis locis, quid editiones ante Crat. et Lamb. habuerint, ex Δ et Σ apparet. — V 20, 10 *nostrum* ⟨*honestum*⟩ c, L(mgo), ZB: *nostrum* [*honestum*] Δ, Σ. — V 21, 3 ⟨*erit*⟩ *mora* c, v. c., codices Bosii praeter Huraltinum: [*erit*] *mora* Δ, Σ. — VI 1, 1 *Terminalia* C, l, ZL^2, L(mgo), codices Bosii: *ter milia* Δ, Σ (sed N *millia*). — VI 3, 6 *Gavius* W, l, L(mgo), ZB: *Gaius* M, E, O; *Gayus* N; *Caius* s, H; *gravis* P. — VI 3, 6 *cibaria praefecti* W, ZL^1, l, L(mgo): *cibaria profecto* Δ, E, N, O; *cibaria profectiores pondilemius* H. — VII 7, 4 *aliquem mittit* c, ZL^1, ZB: *aliquem mittat* Δ, Σ. — VII 7, 5 *facturus* C, ZL^1, ZB: *sensurus* Δ, Σ (sed N *quid sensurus sim* ponit inter *bonorum* et *dubitare*). — VIII 9, 2 *quod nunc* C, v. c.: *quod* ⟨*ad*⟩ *nunc* Δ, Σ (sed O^2 *quod ad hunc*). — IX 15, 5 *bene* ⟨*curasti*⟩ c, v. c. et L(mgo), ZB: *bene* [*curasti*] Δ, Σ. — X 1, 1 *paulum* ⟨*lectis*⟩ c, l, L(mgo), ZB: *paulum* [*lectis*] Δ, Σ.

— X 11, 3 ⟨*tempora sunt ut*⟩ W, c, ZB: [*tempora sunt ut*] Δ, Σ. — X 11, 4 ⟨*iocatus*⟩ c, L(mgo), codices Bosii; ⟨*locatus*⟩ W: [*iocatus* vel *locatus*] Δ, Σ. — X 12a, 4 *quicquid* W, C, l, L(mgo): *quid* Δ, Σ. — X 16, 4 *postridie* ⟨*convenire*⟩ C, ZL^1, l, L(mgo), ZB: *postridie* [*convenire*] Δ, Σ. — XI 5, 1 *te subita re quasi debilitatum* C, W: *te subdebilitatum* (corr. ex *subidebilitatum*) M; *te subdeliberatum* s; *te subdebilitatum* O; *te si ibi debilitatum* P, R. — XI 6, 7 *vidisse* ⟨*Q.*⟩ c, v. c., ZB: *vidisse* [*Q.*] Δ, Σ. — XI 7, 5 *ita* ⟨*esse*⟩ *perspexerint* W, c: *ita* [*esse*] *perspexerint* Δ, Σ. — XI 7, 6 *te flagitare* C, W; '*te flagitari*] sic edendum curavi, libros veteres secutus, in quibus ita plane legitur' L^1; *te flagitari* codices Bosii: *et flagitare* M^1; *efflagitare* M^2, s, Σ. — XI 8, 1 *conficiar* C, W: *afficiar* Δ, Σ. — XI 8, 1 ⟨*est*⟩ *occurrendum* c, W: [*est*] *occurrendum* Δ, Σ. — XI 10, 1 *percontaretur* C, W, L(mgo): *contaretur* Δ, O, R; *cuntaretur* E. — XI 10, 2 *alienata Italia* C, W, ZL^2, L(mgo): *alienata alia* Δ, Σ, codices Malaspinae. — XI 12, 1 *mandavi* ⟨*me*⟩ c, W: *mandavi* [*me*] Δ, Σ. — XI 23, 3 *vel in Metellae* W, ZL^2; *velim Metellae* ZB: *vel Metellae* Δ, Σ. — XI 23, 3 *malorum* W, ZL^2, L(mgo): *maiorum* Δ, Σ. — XII 16 *probabatur* c, v. c. et L(mgo): *probatur* Δ, Σ. — XII 18a, 2 *quis* C, v. c.: *quid* Δ, Σ. — XII 21, 2 *a Faberio* ⟨*aliquid*⟩ c, L(mgo), ZB: *a Faberio* [*aliquid*] Δ, Σ. — XII 22, 3 *quid velim* ⟨*et cur velim*⟩ c, L(mgo) et v. c., ZB: *quid velim* [*et cur velim*] Δ, Σ. — XII 23, 1 *solitudines* c, v. c., codices Bosii: *solitudinem* Δ, E; *solicitudinem* R; *solitudinē* O, sed ‾ super *e* m^2 additum videtur. — XII 23, 3 *Gamala* C, v. c., ZB: *magala* Δ; *megala* O: *magalia* R, P. — XII 28, 2 *lugere* C, ZL^1, v. c., codices Bosii: *legere* M^1, O^1; *regere* M^2, s, O^2. — XII 35, 2 *Antequam* ⟨*a te*⟩ c, v. c. et L(mgo), ZB: *Antequam* [*a te*] Δ, Σ. — XII 38, 4 *publicianus* C, v. c., ZB: *publicanus* Δ, Σ. — XII 40 2 *horto* C, v. c., ZB: *hortis* Δ, R: *ortis* E, O. — XIII 1, 2 ⟨*quod si*⟩ *efficis* C, v. c. et L(mgo), codices Bosii: [*quod si*] *efficis* Δ, Σ. — XIII 3, 1 *longior est. teneamus* c, l, ZL^2, L(mgo): *longiores teneamus* Δ, O; *longiores temamus* R; *longiores* [*teneamus*] (vacuo spatio sex fere litterarum relicto) P.

— XIII 6, 4 *et ceteros* ⟨*coniunctissimos*⟩ c, v. c., codices Bosii: *et ceteros* [*coniunctissimos*] Δ, Σ. — XIII 10, 3 *sed tamen* ⟨*aliquid*⟩ *illic* c, v. c. et L(mgo); 'legendum ex Decurtato, ut Lambinus emendavit ex Tornaesiano, ***Brutus si quid egerit***: et paullo post, *sed tamen aliquid illic*' Bosius: *sed tamen* [*aliquid*] *illic* M, E, O, R; *sed tamen* [*aliquid*] *illuc* s. — XIII 10, 3 *sponsor sum factus* c, v. c. et L(mgo), ZB: *sponsorum factus* M, E, O^1, R; *sponsor factus* s, O^2. — XIII 16, 1 *solitudines* c, L(mgo) et ita v. c., codices Bosii: *solitudinem* Δ, Σ. — XIII 16, 1 *primo fuit* C, v. c. et L(mgo), ZB: *modo fuit* Δ, Σ. — XIII 17 *V* ⟨*Cal.*⟩ C, ZL^2, L(mgo) et ita v. c., ZB: *VI* [*Kal.*] Δ, O, R. — XIII 17 *non* ⟨*quo*⟩ *imperassem* c, v. c., ZB; 'ego scripturam antiquam repraesentare malui' L^1, qui habet ⟨*quo*⟩ insertum: *non* [*quo*] *imperassem* M; *non* [*quo*] *impetrassem* s, O, R, P (sed in s et O *t* est expunctum). — XIII 22, 2 ⟨*o*⟩ *rem acerbam* c, L(mgo), codices Bosii; ⟨*o*⟩ *rem acervam* v. c.: [*o*] *rem acerbam* Δ, Σ (sed R *accerbam*). — XIII 25, 1 *aut retrectatione* C, l, L(mgo) et v. c.: *aut retractatione* Δ, O, P; *aut retrottatione* R. — XIII 42, 1 *ne viaticum quidem* ⟨*habeo*⟩ c, v. c.: *ne viaticum quidem* [*habeo*] Δ, Σ. — XIII 45, 3 *officiosiorem* ⟨*nec mehercule nostri studiosiorem*⟩ *facile* c; *officiosiorem* ⟨*nec nostri studiosiorem*⟩ *facile* v. c., ZB (unde Wesenbergius in adn. ad h. l. effecerit, *mehercule* in v. c. et ZB fuisse, nos indagare non possumus; in textu quidem ed. post. Lambinianae et ed. Bosianae *mehercule* non est positum): *officiosiorem* [*n. m. n. st.*] Δ, Σ. — XIII 46, 3 *cretionem* ⟨*Cluvio Vestorium negligentem liberam cretionem*⟩ c; *cretionem* ⟨*Cluvii. o Vestorium negligentem liberam cretionem*⟩ ZB: *cretionem* [*Cl. o. V. n. l. cr.*] Δ, Σ (sed s *certiorem*). — XIII 47a *scriberem tetigit* ⟨*aureis nuncius, extemplo instituta*⟩ C, l, ZL^2, v. c. et L(mgo), codices Bosii: *scriberem tetigit* [*a. n. e. i.*] Δ, Σ; *tetigit* in M quoque deest Baitero teste, quem errasse s et Orellii adnotatio persuadent. — XIII 52, 1 ⟨*vultum*⟩ *non mutavit* c, l, ZL^2, v. c. et L(mgo), ZB: [*vultum*] *non mutavit* Δ, Σ. — XIV 13, 4 *mansero fore me quidem video* c, ZL^2, v. c. et L(mgo), cod. Turnebi XIII 5, ZB: *mansero equidem video*

Δ, *Σ*. — XIV 19, 1 *miseram sed quum* ⟨*ex*⟩ c, v. c. et L(mgo): *miseram sed quum* [*ex*] *Δ*, *Σ*. — XIV 20, 5 *ut scribis* ⟨*Antonii*⟩ *est dextella* c, v. c. et L(mgo), ZB: *ut scribis* [*Antonii*] *est dextella* *Δ*, *Σ*. — XIV 21, 1 *portenti simile sine tuis* C, ZL^2: *portenti similes in tuis* *Δ*, *Σ*. — XV 26, 2 *illa quidem in utramque* ⟨*partem*⟩ *sed tamen* C, v. c., ZB: *illa namque in utramque* [*partem*]. *Sed tam enim* M; *illa namque in utramque* [*partem*] *sed tamen* s, O^2; *illa quidem in utramque* [*partem*] *sed tamen* R, P; *illa quidem* Ant. et alii veteres libri Malaspinae; *illa qu++ē in utramque* [*partem*] *sed tamen* O^1. — XV 29, 1 *abicere* ⟨*nolebam*⟩ C, l, ZB; in margine ed. post. Lamb. est 'v. c. *abicere nolebam. De* L. *abiicere nolebam. De*': *abicere* [*nolebam*] *Δ*, *Σ*. — XVI 1, 1 *Puteolanum* ⟨*postridie*⟩ C, v. c. et L(mgo), cod. Turnebi XXIII 29, ZB: *Puteolanum* [*postridie*] *Δ*, *Σ*. — XVI 2, 3 *plaudendo* C, ZL^2, L(mgo) et v. c., codices Bosii: *laudando* *Δ*, *Σ*. — XVI 3, 6 *cupio* ⟨*absentem*⟩ *suaviari* c, l, v. c. et L(mgo), ZB: *cupio* [*absentem*] *suaviari* *Δ*, *Σ*. — XVI 8, 1 *Capuae* ⟨*vel non longe a Capua*⟩ c, v. c. et L(mgo), ZB: *Capuae* [*vel non longe a Capua*] *Δ*, *Σ*. — XVI 9 ⟨*si*⟩ *firmas copias* c, v. c., ZB: [*si*] *firmas copias* *Δ*, *Σ*. — XVI 11, 3 ⟨*Librum illum meum*⟩ *o Tite* c; ⟨*Librum meum illum*⟩*) *o Tite* l, ZL^2: *o Tite* *Δ*, O, P; [*o Tite*] R.

Et Y (= C, Z, W) ex eodem archetypo X atque *Ω* (= *Δ*, *Σ*) profectum esse p. 121 probavi, et ii quos modo attuli loci efficiunt, C + Z + W ex altero parente Y, *Δ* + *Σ* ex altero *Ω* natos esse. Ille vero omnium codicum, quotquot et nunc sunt et Cratandri atque Lambini aetate fuerunt,

archetypus X

maiusculis litteris videtur scriptus fuisse. Nam plurimis locis *Ω***) errores habuit ex maiusculis litteris ortos, quibus

*) Noli neglegere varium vocabulorum ordinem, qui probat hoc loco C et Z interpolatione inquinatos fuisse.

**) Qui errores cum multi sint in *Ω* multoque plures quam in ullo alio libro Ciceronis, erit qui suspicetur, *Ω* ab homine maiuscularum litterarum imperitiore scriptum fuisse iis quidem temporibus, quibus

quid Y habuerit incertum est (ut I 8, 1 *decepisses* M[1], N; *decipisses* M[2], P; *decepisse* H, O, s. — V 3, 3 *e grecia* Δ, H, O: *egrocia* N; *est gretia* P. — V 9, 1 *concesserant* Δ, Σ. — IX 19, 2 *gessit* Δ, Σ. — X 8, 6 *afranio* Δ, O, P; ita etiam v. c.; *afframo* R. — XII 17 *eteri* Δ: *et heri* Σ; v. c. et L(mgo) *fieri*, sed ita iam Malaspina coniecerat. — XII 21, 4 *fors* Δ, Σ): non nullis locis Y + Ω errores ex eadem scriptura natos praebuerunt (X 4, 5 *nisi die* ZB, E, O; *nisi diem* R; *infidie* M[1]; *infide* M[2]: *nisi de ea* s. — XI 5, 1 *tanta fuit* W, Δ, O; *tanta* (vel *tantum*) *enim fuit* P, R). Haud paucis denique locis Y recte *E*, *G*, *L* et *T*, *P* servavit, quibus Ω errore *F*, *C*, *I*, *D* scriptum habuit, et contra Y maiuscularum litterarum similitudine deceptus erravit, ubi Ω veram litteram servavit:

I 18, 1 *eorum* ZL[2] falso: *forum* Δ, Σ recte. — II 8, 2 *delicatum* ZL[2] recte: *deligatum* vel *delegatum* Σ, Δ falso. — II 19, 2 *peraeque* C recte; *peraequi* ZL[2]: *de reque* vel *denique* Δ, Σ falso. — IV 16, 8 *forum* C recte: *eorum* Δ, Σ falso. — XI 7, 7 *adiutum* W recte: *ad tutum* vel *actutum* vel *acturum* Δ, Σ falso. — XI 12, 4 *puto* C: *duto* vel *duco* Δ, Σ falso. — XI 23, 3 *malorum* W, ZL[2], L(mgo) recte: *maiorum* Δ, Σ falso. — XIII 8 *fasciculum* C recte: *eas ciculum* vel sim. Δ, Σ falso. — XIII 33, 4 *duci* C recte: *pauci* Δ, Σ falso. — XIV 10, 2 *coniectanti* C recte: *conlectanti* vel *cum letanti* Σ, Δ falso. — XV 20, 4 *si ea te res* v. c. recte: *si fateres* vel *si faceres* Δ, Σ falso.

De C et W.

Difficillimum est iudicare, utrum Cratander W usus sit necne; itaque dubium videtur esse, rectene nos in stemmate Y in tres partes diviserimus. Ut vero res difficillima sit, tria faciunt, quod ex W non multa folia servata sunt, quod Cratandri non intererat falsas ex codicibus lectiones adferre, quas

---

maiuscularum litterarum usus iam evanuerat; nos de re tam difficili nihil audemus adfirmare.

si attulisset, errores communes in C et W Crat. W usum esse probarent, denique quod Cratander, id quod p. 53 exposuimus, compluribus codicibus usus est. Atque W multis iisque perbonis lectionibus cum C et c consentire ex iis quae supra p. 123 attulimus apparet; neque vero iisdem lectionibus eosdem fuisse codices C et W intellegi indicamus: quod si quis inde effici putaret, idem cur Cratandrum cod. Turnesiano usum esse negaret, nihil esset. Accedit, quod haud paucis locis C vel c a W dissentit:

VI 3, 6 *asseculae* C recte: *ad secule* W falso. — X 11, 2 *Q. Axius* C recte: *mihique axius* W falso. — X 11, 5 *erat* ⟨*iocatus*⟩ c, cum I. A^{12} habeant *erit* [*iocatus*]: *eram locatus* W. — X 12a, 1 *imperatum* c, cum I, A^{12} habeant *impetratum*: *imperaturum* W falso. — X 14, 1 *ad me venit* C: *ad me* ⟨*mane*⟩ *venit* W, I. — XI 9, 3 *in eam* c, L(mgo): *in ea* W. — XV 2, 4 *Flamma* C: *flammam* W falso.

Quae cum ita sint, cur Cratandrum W usum esse credamus, nihil esse puto.

De C et codice Laurisheimensi.

Altera neque levior est quaestio, ubi C reperti sint, unde eos codices Cratander acceperit; nam cum Crat. in praef. p. 4 haec scribat: 'inter quos (scil. codices) non paucos, neque poenitendos nobis communicavit Io. Sichardus, veterum monimentorum conservator diligentissimus' cumque C multis locis cum Z, qui in aliqua Galliae regione exaratus esse videtur, consentiat, facile videtur esse conicere, e Gallia Cratandri codices in Germaniam invectos esse. Istam opinionem, quae nobis quoque aliquando arridebat, aut totam aut aliqua ex parte falsam esse ex iis intellegetur, quae iam disputabimus.

Seb. Corradus in praef. ad epistulas ad Atticum, quas accuratissime illustratas a. 1544 Venetiis edidit, haec scribit: 'sed quum duo tantummodo huiuscemodi libri, qui autoritatis aliquid habeant, hodie reperiantur, alter in Italia apud Petrum ipsum Victorium, qui Francisci Petrarchae fuisse dicitur: alter

in Germania, quem Beatus Rhenanus legit, et Cratander videtur secutus, et hi quoque, ut apparet, dimidiati, et corrupti, ex his difficile esset, vel potius plane ἀδύνατον ita omnia restituere, ut nihil desiderares'. Quisquis severum Corradi ingenium et iudicium cognitum habebit, doctum hominem de Beato Rhenano rem finxisse non credet: nos cum non crederemus, librum praeclarissimum, qui inscribitur 'Briefwechsel des Beatus Rhenanus. Gesammelt und herausgegeben von Dr. Adalbert Horawitz und Dr. Karl Hartfelder' quique Lipsiae a. 1886 prodiit, evolvimus in eoque haec invenimus. Pridie Kal. Dec. a. 1527 Io. Huttichius in ea epistula, quae est p. 372, haec scribit: *'Scripsisti, mi Beate, de incomparabili librorum thesauro, quem attulerat Sichardus. Vide, ne imponat inscriptiones, ut cum Philippo et Clemente fecerat. De Ammiano non dubito, quin phrasis iudicium faciat, ne fiat impostura. Laudanda essent hominis studium et labor, si rem non ageret suam'.* — Beatus Rhenanus in praef. ad editionem Tertulliani alteram, quae prodiit Basileae a. 1528, haec scribit (p. 376) *'Porro libenter addidissem carmen Tertulliani de Sodomorum conflagratione, quod pridem Ioannes Sichardus noster in Laurisheimensi bibliotheca reperit, qua nulla, quod sciam, proximis seculis uspiam bonis autoribus fuit instructior, quemadmodum vetus index testatur, optima fide propediem in lucem exiturus, ut appareat, quantum discrimen adierit respublica literaria in eius bibliothecae dissipatione. Carminis initum (?) est . . . . . Sed quia mendosissimum erat et amicus ille noster, qui reperit, una cum prolixo, verum perquam eleganti carmine Victorini Aphri de Machabaeis et item aliis vetustatis fragmentis brevi aediturus est, non libuit eam coronidem nunc adiicere'.* — Denique Sichardi mentionem Beatus facit in epistula a. d. III Kal. Iul. a. 1531 ad Gabrielum Humelbergum data (p. 398) *'Miseram ante biennium Sichardo mea fragmenta, sed interim responsum nullum ab eo recepi, nec ubi locorum nunc agat, novi'.* — Ex iis quae attuli apparet Sichardum re vera paulo ante a. 1528, quo anno Crat. Ciceronis opera edidit, codices quosdam Beato Rhenano aut vendidisse aut commodasse eundemque Sichardum

codicem quendam in bibliotheca Laurisheimensi invenisse, denique indicem librorum Laurisheimensium a Sichardo repertum esse: hoc non efficitur, epp. ad Atticum manu scriptas Beato a Sichardo traditas esse. Cum vero non haberem, quod Corradi verbis diffidendum esse putarem, cumque fieri posset, ut Beatus, qui raro Ciceronis opera tractavit neque umquam, quantum scio, in animo habuit, Ciceronis opera aut aliquam partem edere, de isto codice occulto loco loqueretur, rem diligentius investigandam esse credidi. Quod cum facerem, in libello eo qui inscribitur 'Des Beatus Rhenanus litterarische Thätigkeit in den Jahren 1530—1547 von Adalbert Horawitz, Wien 1873' p. 31 vel in 'Sitzungsberichte der phil.-historischen Classe der kais. Akademie der Wissenschaften LXXII' p. 351 hunc locum ex Beati Rhenani opp. inveni, qui demonstrat et Corradum vere scripsisse et Beatum cod. quendam Laurisheimensem, qui epp. ad Atticum continebat, a Sichardo accepisse. Etenim in libri secundi Rerum Germanicarum, quas Beatus a. 1531 edidit*), capite eo, quod inscribitur 'Francorum nomen apud Ciceronem non extare, depravatumque esse foede locum', homo doctissimus de ep. ad Att. XIV 10, 2 eaque sententia, quae in A^2, c sic exhibetur *Redeo ad Theobassos, Suevos, Francones,* hoc modo disputat: 'Apud M. Ciceronem Epistolarum lib. XIIII., quas ad Pomponium Atticum scripsit abstrusis sensis et aenigmatis plenas, in aeditione vulgata sic legitur, *Redeo ad Theobassos, Suevos, Francones* .... Quare plerique eruditorum hoc loco freti tradunt *Francones* a Cicerone nominatos. Equidem mihi perpensis Tullii verbis ... suspitio nasci coepit, totum locum esse depravatum .... Itaque volumen manu scriptum requiro, quod ex Laurisheimensi Bibliotheca Ioan. Sichardus noster nuperrime attulerat. In eo mera portenta verborum scripta reperi, ... *Redeo adtebassos scacuas Frangones.* Coepi deinde literarum ductus scrupulosius rimari, deprehendique ger-

*) Nos utimur repetitione Argentoratensi quadam, quae a. 1610 prodiit.

manam Ciceronis lectionem hanc esse, *Redeo ad Betasios, Atuas, Vangiones* . . .' Et coniectura ista et ea quae sequuntur nemini placebunt. quod vir egregius quid Ciceroni eam ep. scribenti in animo fuerit non perspicit: illud vero apparet, paulo ante quam haec scripta sunt epp. ad Atticum manu scriptas a Sichardo in bibliotheca Laurisheimensi inventas atque Beato traditas esse. Qualis iste cod. fuerit, ex hoc loco non perspicitur, quod plerique codd. verba eodem fere modo scripta habent: M *tebassos scevas* (M² *suevos*) *frangones*: E *te bassos suevos francones*: R *te bassos suevos fracones*; O¹ *te bassos sevas* (O² *suevos*) *frangones*: s *thebassos suevos frangones*; v. c. et L(mgo) *Tebassos Scaevas Frangones*; in fine vero eiusdem capitis Beatus hoc scribit: 'In gratiam denique studiosorum hoc addere libet, eum locum in epistola Ciceronis ad Atticum, quem nos restituimus. haec verba proxime praecedere, *Tua tamen ὑπηνέμιος nausea iam plane abiït. mihi quidem ex tuis literis tum laetanti* (ita A¹ et A² in margine, A², c *tum lectitanti*) *ita videbatur*. Quae sic legi debent, quemadmodum volumen manu scriptum testatur, *Tua tamen ὑπηνέμιος nausea iam* ⟨*ne*⟩ *plane abit? mihi quidem ex tuis literis coniectanti ita videbatur*'. Ex his verbis facile qui fuerit codex apparet; nam M habet *cum letanti*, s *tum letanti*, Σ (= O R P) *conlectanti*. C vero cum Beati vel potius Sichardi codice consentit atque habet *coniectanti*. — Atque ut appareat quam difficilis sit res critica in epp. ad Att., haec addo: *iam* ⟨*ne*⟩ cod. Sichardi, Δ, R, P, O²: *iam* [*ne*] O¹. *abit* cod. Sichardi, O¹, P; *plancabit* (pro *plane abit*) R: *abiït* Δ; quid scribendum sit, iam apparet: dubium esset posteriore loco, nisi lectionem a Beato allatam haberemus.

Ac vide *συγκύρημα*: ipse ille index, de quo Beatus in praef. ad Tertulliani opp. loquitur, nunc exstat atque cum ab A. Maio cardinali in spicilegio romano tom. V p. 160—200 tum multo diligentius ab A. Wilmannsio 'Der Katalog der Lorscher Klosterbibliothek aus dem 10. Jahrh.' in Mus. Rhen. N. S. XXIII inde a p. 385 editus est; tres vero sunt indices,

A, B, C, quos Wilmannsius ita edidit, ut A principem exprimeret, quibus locis B et C dissentirent adnotaret. A igitur f. 30r haec habet:

versus 4 *Epistolarum ciceronis lib. XVI in uno codice*

5 *Epistolae ciceronis in quaternionibus*
infra haec scripta sunt *epistolae ciceronis diversae*

6 *Item epistolae ciceronis diversae. Item marcii tullii*

7 *ciceronis epistolarum lib. IIII. in uno cod.*

Nos eum cod. qui est in vs. 4 et Sichardum invenisse et Beato tradidisse opinamur; nam nota quae est infra vs. 5 nobis videtur probare, et cod. in vs. 5 epp. ad fam. continuisse et cod. in vs. 4 epp. ad Att. habuisse: haec si recte conicimus, cod. Sichardi vel Laurisheimensis hac re cum Z consentire videtur, quod uterque cod. XVI libros epp. ad Atticum habebat atque epp. ad Qu. fr. et ad Brutum carebat. Denique L Gurlittus in ea commentatione quae est in Iahnii Ann. N. S. a. 1885 p. 561 recte adfirmasse videtur, lib. III epp. ad Qu. fr. et unum librum epp. ad Brutum unum codicem fuisse atque istum singularem codicem in vss. 6 et 7 indicari: nos vero suspicamur, istum quoque codicem a Sichardo inventum et Cratandro commodatum esse. Sed ad epp. ad Atticum redimus: cum et Z epistulis ad Qu. fr. et ad Brutum caruisse certum sit (cf. supra p. 115) et a codice Laurisheimensi, quo Cratandrum usum esse veri simile est, iidem libri afuisse videantur, conicimus, totam alteram partem stemmatis, quod constituimus, Y = C Z W, epistulas ad Qu. fr. et ad Brutum non habuisse.

Cum reliquos libros a Beato editos evolverem, ut viderem ecquo altero loco cod. Laurisheimensis mentionem faceret, nihil repperi; itaque, nisi quis me felicius vel diligentius rem gesserit, haec adfirmare vel suspicari licebit: 1) Jo. Sichardus in bibliotheca Laurisheimensi epp. ad Atticum invenit eumque

codicem Beato Rhenano dedit. 2) Eundem codicem Sichardi vel Laurisheimensem Cratander adhibuisse videtur, id quod et unius lectionis consensu et Cratandri praef. probatur. 3) Libri IIII Ciceronis epp., qui in indice bibliothecae Laurisheimensis adferuntur, videntur fuisse III libri epp. ad Qu. fr. et unus liber epp. ad Brutum. 4) Cratander complures se codices a Sichardo ad opera Cic. edenda scribit accepisse eumque compluribus codicibus in epp. ad Atticum usum esse p. 53 demonstravimus: utrum isti codices a Sichardo accepti vel omnes vel non nulli epp. ad Att. habuerint necne dubium est; suspicari licet, eum cod., quem Gurlittus epp. ad Qu. fr. et ad Brutum habuisse credit, Sichardum ex bibliotheca Laurisheimensi abstulisse atque Cratandro dedisse; veri simile est, ex iis codd., quos Cratander a Sichardo accepit, unum cod. epp. ad Atticum habuisse eodemque codice Beatum Rhenanum usum esse. 5) Seb. Corradus, quod in praef. dicit 'et hi quoque, ut apparet, dimidiati, et corrupti', illud 'dimidiati' de Mediceo videtur dicere; nam ex Beati quidem Rhenani verbis cod. Laurisheimensem dimidiatum fuisse non apparet, corruptum fuisse perspicuum est: quod si quis dicit, dimidiatum fuisse eum cod. Corradum ex aliqua epistula Beati ad Italum philologum data effecisse, illud 'ut apparet' repugnat atque locum aliquem typis impressum Corradum respicere demonstrat.


C et Z ex eodem parente profectos esse cum verissimae atque optimae lectiones tum unus isque certissimus error vel potius verba interpolata XVI 11, 3 probant, quae et in C et in Z fuisse certum est. Haud paucis vero locis C veram habet lectionem, quibus de Z Lambinus et Bosius tacent: IV 1, 4; IV 2, 4; VII 9, 4; VII 18, 1; X 8a, 1; XII 12, 2; XIII 19, 5; XIII 26, 1; XIV 20, 1; XVI 16c, 11. Cratander quoniam compluribus codicibus usus est, suspicari licet, ex Cratandri codicibus unum reliquis omnibus, i. e. et Turnesiano et W et Σ et Δ praestitisse atque proprium in stemmate locum obtinere; cum vero constet quanta Lambinus atque Bosius in Z adhibendo neglegentia versati sint,

nos non audemus diiudicare: de qua re constitui posset, si W iis quos modo attuli locis adesset; nam W compluribus locis cum C consentit, quibus Lambinus et Bosius nihil ex Z adnotant.

Venio iam ad

Ω

in qua classe omnes qui exstant codices (praeter W) et libros Malaspinae esse ii loci quos supra inde a p. 122 attulimus demonstrant; cuius classis stemma, quo facilius intellegatur, quem cuique codici nos locum tribuendum esse censeamus, hic pono:



Ipse archetypus *Ω* multis iam locis perversas lectiones habuit et hiavit; cff. supra inde a p. 122 II 19, 2; 25, 1; V 20, 9; VI 1, 1; 3, 6; VIII 9, 2; X 11, 4; XI 5, 1; 7, 5; 10, 1; 10, 2; XII 38, 4; XIII 17, 1; 46, 3; 47a; 52, 1; XIV 13, 4; XV 26, 2; XVI 1, 1; 2, 3; 8, 1. Ex *Ω* descripti sunt duo codices *Σ* et *Δ*; inter quos quantum discrimen intercedat et supra p. 45 squ. probavimus et nunc iterum breviter exponemus. Priore vero loco paulo planius

de Σ

disputabimus.

Σ multis locis integrum fuisse quibus *Δ* hiavit his locis apparet:

I 4, 3 *est* [*insigne*] M, [*est insigne*] s: *est* ⟨*insigne*⟩ E, N, H, O, P *). — IV 1, 4 [*cum Brundisii essem*] Δ: ⟨*cum Brundusii essem*⟩ N, O, P **). — IV 8b, 1 *modo* [*tibi*] *est* Δ: *modo* ⟨*tibi*⟩ *est* N, O, P, codd. Mal. — IV 12 *esse* [*idibus*] Δ: *esse* ⟨*idibus*⟩ N, O, P. — V 20, 3 [*interim*] *scis* Δ: ⟨*interim*⟩ *scis* E, N, O, P. — VI 1, 14 *sum* [*in*] Δ: *sum* ⟨*in*⟩ E, N, H, O, P. — VI 1, 22 [*dies*] Δ: ⟨*dies*⟩ N, H, O, P. — VI 2, 7 [*triduum*] Δ: ⟨*triduum*⟩ N, H, O. — VII 18, 3 [*scio*] Δ: ⟨*scio*⟩ N, O, P, Ant., F, Card. — IX 15, 4 *ad te* [*ante*] Δ: *ad te* ⟨*ante*⟩ O, R, P. — XII 5, 3 *Censorino*[*ne*] Δ: *Censorino*⟨*ne*⟩ O, R, P, Ant. — XII 12, 1 [*sed vereor ne minorem τιμὴν*] Δ: ⟨*sed vereor ne minorem τιμὴν*⟩ O, R, P, Ant., F (sed [*τιμὴν*] O, Ant.). — XII 23, 3 *etiam* [*quam*] *satis* Δ: *etiam* ⟨*quam*⟩ *satis* O, R, P. — XIII 3, 1 [*gererem nihil*] *gererem* Δ: ⟨*gererem nihil*⟩ *gererem* O, R, P. — XIII 9, 1 [*Dolabella quibus verbis secum egissem exposuit commodum enim egeram diligentissime quae*] Δ: ⟨*Dolabella . . . . quae*⟩ O, R, P. — XIII 14, 2 *scies* [*si quid erit*] Δ: *scies* ⟨*si quid erit*⟩ E, O, R. — XIII 20, 2 [*ad Ligarianam*] Δ: ⟨*ad Ligarianam*⟩ O, R, P. — XV 3, 1 *accepi* [*nati*] Δ: *accepi* ⟨*nati*⟩ O, R, P (sed P *nacti*). — XVI 5, 3 *ante*[*quam*] Δ: *ante*⟨*quam*⟩ O, R, P.

Compluribus aliis locis aut ipsum iudicium aut lectiones ex C, Z, W servatae probant, Σ meliorem habuisse lectionem, deteriorem fuisse in Δ. Neque vero Σ liber fuit erroribus, ubi M + s veram lectionem servant:

III 15, 4 *efficiam, ut maxime laetere unus ex omnibus amicis* recte scripta sunt in Δ: in Σ fuisse *latere unus* hae lectiones demonstrant *latere unus* H, O, *latere vivis* N, *laceremus ex omnibus* P; E abest. — III 15, 5 *si enim nemo impediet, sic est* (*erit* s) *firmius* Δ: in Σ *firmus*, non *firmius* fuisse consensio codicum N, O, P probat; nam E, H absunt. — III 23, 4 *Tamen in lege nulla esse eius modi caput* recte Δ: falso

*) Quoniam de Ω disputamus, C, W, Z nunc non curamus; iis vero locis usi sumus, quibus vel ipsum iudicium vel lectio ex C, W, Z servata demonstrat, Δ errare, ENHORP veram servare lectionem.

**) EHP ubi non adferuntur hiant.

Σ = N, O, P *tam* pro *tamen*; E, H absunt. — III 23, 4 *sed perferant modo quidlubet: uno capite, quo revocabor* Δ: *quid iubet* facili errore in Σ scriptum fuisse hae lectiones docent *quid iubet* O, P, *quid iubent* N; absunt E, H. — III 23, 5 *Tu ad me velim proximis litteris* Δ: *tua ad me* N, H, O, P: E abest. — IV 2, 3 *videri posse sine religione eam partem* Δ: pro *eam* Σ *iam* habuisse ex N, O, P apparet; absunt E, H. — IV 2, 4 *a quibus Marcellinus, ⟨qui erat⟩ cupidissimus mei* Δ: *qui erat* omissum fuisse in Σ consensio codicum N, O, P probat; E, H absunt. — V 15, 2 *versura mihi solvendum sit* Δ: *versuram mihi solvendum sit* N, O, P; absunt E, H. — VIII 3, 5 *Eam si nunc sequor, quonam? cum illo non* Δ: *quoniam* pro *quonam* est in E, O, P. — Cff. praeterea lectiones Σ ad I 20, 1 et II 1, 5 supra p. 46 allatas.

Quoniam ENHORP et multis optimis lectionibus et communibus erroribus consentiunt, recte nobis dixisse videmur, de Ω duo codices fuisse descriptos Σ et Δ, ex Σ profectos esse ENHORP, ex Δ vero M et s.

Σ non sunt profecti ex M.

Erit autem, qui dicat Σ ex M prognatum, post in istum codicem Σ ex aliquo meliore libro multas atque veras lectiones invectas esse. Etsi nos non putamus nostrum esse, id refellere quod cur credatur nullam esse causam supra p. 5 et 8 et 16 exposuimus, tamen quod negotium facile conficitur non nulla de ea re disputabimus. Nolumus autem hoc modo ratiocinari: E nos vetustiorem quam M esse putamus*), itaque, quoniam E ex Σ prognatus est et cum NHORP arctiore quodam vinculo coniunctus est, ne potest quidem Σ ex Mediceo codice profectus esse. Nam ut toto libello ita etiam hoc loco lectionibus rem geremus et expediemus.

---

*) Veremur ne quis, si E inspexerit, nos reprehendat, quod tam dubitanter de re non dubia loquamur: malumus vero falsae dubitationis quam arrogantiae crimine argui.

V 15, 1 Cicero scripsit: *quippe, ius Laodiceae me dicere, cum Romae A. Plotius dicat.* Pro *quippe ius* M habet *quippe et iis*; N, P *quippetus*, O[1] *quippe+us*, O[2] *quippe et iis*. Itaque hoc modo, si Σ ex M profectus esset, is qui *quippetus* in Σ invexit, secum cogitasse videretur: 'In meo libro est *quippe et iis*, id quod non intellego, etsi omnia vocabula Latina sunt: in altero codice video esse scriptum *quippetus*, quod ne Latinum quidem est; age, scribamus *quippetus*, id quod non est Latinum vocabulum, et *quippe et iis* deleamus'. Ecquis quemquam ita egisse credit? Contra fac, in *Ω* levi errore *quippetus* pro *quippeius**) scriptum fuisse: omnia sunt perspicua: nam Σ *quippetus* religiose servasse. *Δ quippe et iis*, ut aliquod Latinum vocabulum evaderet, coniecisse apparet. — VII 3, 12: *scis enim, quos appetierimus, qui omnes praeter eum, de quo per te egimus, reum me facerent; ipsis enim expensum nemo ferret.* Mommsenus *facerent* coniecit, in M est *facere rentur*; quam difficilis locus sit, inde apparet, quod Wesenbergius reiecta Mommseni coniectura *egimus, rem me facere rentur* scripsit. Quid vero Σ habuit? N, O[1], P *facerent*, O[2] *facerentur*: quis credat talem lectionem interpolatione ortam esse? Pro *ferret* M habet *offeret*, N *feret*, O[1], P *ferret*, O[2] *oferret*: quam difficilis res sit, Baiteri editio probat, in qua *offerret* scriptum est. — VII 25: *O rem miseram! malas causas semper obtinuit, in optima concidit.* In codice Mediceo *O* omissum est; docuit vero C. F. W. Muellerus in Coniect. Tull. p. 14 Ciceronem ante accusativum rei in exclamatione positum *O* non omisisse. Re vera O, Rr, P *O* habent: ecquis interpolatorem talia curasse credit? — IX 9, 4: *neque solum Romae sed etiam Deli tuum digamma* (?) *videram.* Habet *Deli tuum* C, *delitium* M, *dellituum* O, *delituum* R, P. Fac, ORP esse profectos de M; facile potuit scribi *dellitium*, non facile *u* pro *i* ponebatur. — IX 10, 3: *nunc, si vel periculose experiundum erit, experiar*

---

*) Hoc loco si CZW adessent, de X constaret; nunc hoc unum apparet, eum, qui *Ω* scripsit, *QVIPPETVS* pro *QVIPPEIVS* legisse itaque *quippetus* scripsisse; cf. supra p. 126.

certe ut hinc avolem. Lambinus in codice Turnesiano *sive periculose* invenit ex eaque lectione recte *si vel periculose* effecit (cf. supra p. 8). In M est *sive periculo*, in E, O, R *sive periculose*: ecquis credit, Σ ab initio ex M *sive periculo* habuisse, post interpolatione *sive periculose*, quae lectio priore nihilo melior erat, accepisse? — X 4, 5: *Praeclara igitur conscientia sustentor, cum cogito me de re publica aut meruisse optime, cum potuerim, aut certe numquam nisi pie cogitasse.* Bosius ex lectione codicis Turnesiani, quae erat *nisi die*, recte *nisi pie* coniecit: M[1] pro *nisi die* habet *infidie*, M[2] *infide*: E, O *nisi die*, R *nisi diem.* Quis credat, Z, de cuius lectione supra p. 8 diximus, ea interposuisse, quae nullam sententiam habent, atque ea delevisse, quae non bonam, at aliquam sententiam praebent? Quis eadem stultitia Σ in interpolando versatum esse existimet? Contra fac, in archetypo omnium codicum levi errore pro *nisi PIE* fuisse scriptum *nisi DIE*: omnia erunt perspicua; nam et Z et *Ω* religiose *nisi die* servarunt; ex *Ω nisi die* in Σ profectum est, contra is, qui M scripsit, cum quid *nisi die* esset non intellegeret, *infidie* posuit. — X 5, 2: *Rescripsi ei stomachosius, cum ioco tamen familiari.* Manutius *ei stomachosius* ex lectione Cratandrina *Istomacho* effecit; M vero habet *et isto madio si vis.* O[1] *et instomacho si vis*, quamquam *ch* satis obscura sunt, R *et instomacho si vis*, P *et in stomaco si*, post *si* codex hiat, *vis* est omissum: apparet, Σ multo propius ad similitudinem lectionis Cratandrinae accedere neque vero esse, cur interpolatione lectionem Σ ortam esse suspicemur, cum Σ nihilo melior sit quam M. — XI 5, 1: *fuerunt quidem tantae, ut id, quod vides, effecerint.* Pro *tantae ut* W habet *tanta fuit* simili errore atque Z et Σ X 4, 5 *nisi die*; nam *F* pro *E* scriptum est; eadem lectio est in O; M habet *tanta. Fuit*; R *tanta enim fuit*, P *tantum enim fuit*; uterque igitur codex inani suspicione inquinatus est. Contra M *effecerunt* habet pro *effecerint*, W et O, R, P *effecerint* servarunt. Quid ergo? Si Σ ex M prognatus esset, quo tandem modo fieri potuit, ut Σ *effecerint*, M *effecerunt* habeat? An fuit, qui ita secum cogitaret: 'Indicativum

effecerunt in meo codice habeo; in altero video exstare *effecerint*; coniunctivus cur hic ponendus esse videatur, nihil video causae esse. Age tamen, *effecerint* scribamus, ut coniunctivum introducamus, qui unde pendeat non video'? Fac contra, Σ non esse ex M prognatum: tota res patet: nam et W et Σ *effecerint* religiose servarunt, contra M, cum istud *ut* evanuisset neque esset, unde coniunctivus penderet, *effecerunt* coniecit. — XII 27, 1: *Cottae, quod negas te nosse, ultra Silianam villam est.* Pro *Cottae* habet M *certe*; *Cottae* in C, ZB inventum est; R, P habent *cocte*, O[1] *coctae*, sed posterius *c* obscurius est. Quis credat, pro *certe*, id quod aliquo modo ferri poterat, *cocte*, quod nullo modo ferri poterat, scriptum esse? — XIII 37, 4: *si Caesar moraretur, posse diem differri.* Z ita habuit *posse diem differri*, contra M *posse in diem diem differri*, O[1] *possem diem differre*, R, P *possem diem differri*. Perspicuum est, levi errore *possem* pro *posse* in Ω fuisse, unde et M *posse in diem diem* effecit et O *possem diem differre*, contra R, P falsam et tamen genuinam lectionem servasse. — XIII 43 et 44: *Sunt omnino mihi quaedam agenda Romae, sed consequemur biduo post.* 44. *O suavis tuas litteras.* C. F. W. Muellerus istud *O* invexit, cum vir linguae Latinae peritissimus observasset, Ciceronem ante accusativum rei in exclamatione *O* ponere: *post suavis* habet M, *posco suavis* in O, R, P invenitur. Ecquis est qui credat Σ ab initio *post suavis* habuisse, tum istud *o* interpolatione insertum, denique ex *post o* effectum esse *posco*? — XIII 46, 3: *Etiam de hortis Cluvianis egi cum Balbo: nihil liberalius; se enim statim ad Caesarem scripturum . . . .* Lambinus *nihil liberalius* ex *illiberalius* restituit, M habet [*nihil*] *liberalius*, O, R, P *illiberalius* (sed O[1] *illiberarius*); apparet Ω habuisse *illiberalius*, istud vocabulum mansisse in Σ, in M haud imprudenti et tamen falsa coniectura *liberalius* esse coniectum. — XIV 6, 1: *discrucior Sextilii fundum a verberone Curtilio possideri.* In C fuit *discrutior Sest.*, M vero habet *destructo res est ulli fondum*, R, P (nam O[1] obscurum est) *distructor sesti* (*sexti* P) *illi fundum.* Apparet in Ω pro *discrutior* levi errore *distructor*

scriptum fuisse eamque lectionem R, P integram servasse, contra M, ut aliquid scriberet quod Latinum esset, *destructo res est* effecisse; unde id, quod M^3 in margine scripsit, *sestulli* haustum sit, non facile dici potest. — XIV 10, 2: *mihi quidem ex tuis litteris coniectanti ita videbatur.* C et codex Sichardi, quo Beatus Rhenanus usus est, recte *coniectanti*, M *cum letanti*, O, R, P *conlectanti*. Quis credat, Σ ab initio ex M *cum letanti* habuisse, post interpolatione *conlectanti* in Σ positum esse? Contra fac, in codice X *CONIECTANTI* fuisse: apparet, in Y *coniectanti* recte scriptum fuisse, in Ω, cum *l* pro *i* scriberetur, *conlectanti* irrepsisse, istud *conlectanti*, quod ne Latinum quidem est, in Σ integrum mansisse, M, ut vocabulum Latinum inde efficeret, *cum letanti* coniecisse. — XV 3, 1: *Undecimo Kal. accepi duas epistulas tuas, quibus duabus meis respondisti*; ita habet M; contra ZL^2, ZB *accepi nati duas epistulas*, de qua lectione supra p. 9 disputavimus; O, R habent *accepi nati*, P *accepi nacti*. Manifestum est, in Ω *accepi nati* fuisse eamque lectionem in Σ integram mansisse, in M *nati*, quod quid sibi vellet, non apparebat, deletum esse. — XV 13, 7: *Haec cum scriberem, tantum quod existimabam ad te orationem esse perlatam: hui quam timeo quid existimes!* C habet *perlatam. Hui.* M *praebui*, O^1 *perhui*, R *perhiu*; P scripsit *per*, omisit *hui*, sed ita ut vacuum spatium quattuor fere litterarum relictum sit. Quid ergo? Ecquis erit, qui quendam doctum hominem in Σ hoc modo rem egisse putet: '*Praebui* in meo codice est neque id quid sit intellego; sed scriptum video in altero codice *perhui*, quod ne Latinum quidem est; itaque fert animus, id quod Latinum est delere, id quod ne Latinum quidem est reponere'? Contra fac, et Σ et Δ ex Ω profectos esse atque in Ω *latam* esse omissum: intelleges *perhui* in Σ mansisse, M, ut Latinum efficeret vocabulum, *praebui* coniecisse. — XV 18, 1: *scripsi ad Dolabellam, me, si ei videretur, velle proficisci, petiique ab eo de mulis vecturae* [*itineris*]. Lambinus in posteriore editione adfirmat, *itineris* non esse in Z; cuius adnotationem Baiterus plane neglexit; *itineris* habet M, non habet W, i. e. illud fragmentum, cuius lectiones nuper

Schepssius (cf supra p. 5) edidit; *itineris* abest ab O, R, P. — XVI 7, 6: *in freto medio hanc epistulam legi, ut, quid possem providere, in mentem mihi non veniret, nisi ut praesens me ipse defenderem.* Lambinus in textu prioris editionis primus posuit *nisi ut*; v. c. et L(ugo) *nisi ut*; eadem vocabula in Z fuisse testis est Bosius. Turnebus denique Adv. libr. XXIIII c. 29 *nisi ut* se in antiquis libris — quamquam dubium est utrum in eo, quem a Lambino accepit, i. e. in Turnesiano, an in aliquo alio — invenisse contendit. Mediceus habet *nisi quod*: quam difficile sit iudicare, utra lectio melior sit, inde perspicitur, quod Baiterus *nisi quod* servavit, *nisi ut* reiecit: contra O, R, P *nisi ut* habent. — XVI 13 a, 1: *cum ante lucem de Sinuessano surrexissem venissemque diluculo ad pontem Tirenum, qui est Minturnis, in quo flexus est ad iter Arpinas, obviam mihi fit tabellarius.* Vetus codex habuit *Tirenum* (sed in ed. a. 1577 et a. 1581 *Tirenam*), Bosius *Tirenum* in suis codicibus fuisse adfirmat; M habet *Tiretium.* Neutrum vocabulum ex aliis locis notum est: et tamen E habet *tirenum*, R *tyrenum*, O[1] *tirenum* videtur habuisse. — Festiva etiam codicum discrepantia est III 7, 3: *Dubitationem autem de Epiro non inconstantia nostra adferebat, sed quod de fratre, ubi eum visuri essemus, nesciebamus; quem quidem ego nec quo modo visurus nec ubi dimissurus sim scio.* Mediceus habet *ubi*, quod vocabulum Orellio et Wesenbergio ita displicuit, ut alter *uti*, alter *ut* coniceret; ac re vera est, quod miremur: neque enim id agitur, quo in oppido Quintus a Marco discessurus sit, sed quo modo fratris discessum frater laturus sit. Itaque non imprudenter Tyrrellius coniecit *nec ubi visurus nec quo modo dimissurus sim scio.* Iam videamus, quid Σ habeat: E praebet *nec cui dimissurus*, N *nec vi dimissurus*, H *nec vidi missurus*, P conicit *modo nec dimissurus sum scio nec vidimus rursum scio.* Quid ergo? Fac, Σ esse ex M prognatum atque initio *ubi dimissurus* habuisse; fac etiam, Σ errorem, si quidem est error in M, odoratum esse: quis credat, *ubi* deletum atque ea reposita esse, quae plane nullam sententiam habent? Quid igitur in re tam diffi-

cili faciemus? nam Wesenbergius *ubi* corruptum esse putat, Baiterus et Bootius et Hofmannus, qui viri quam bene de illis epistulis meriti sint constat, *ubi* servant. Tota difficultas enodatur, cum quid Bosius in cod. invenerit cognoscitur: nam eius in addendis editionis Graevii (cf. supra p. 112) adnotatio est: 'Scribendum, *nec ut dimissurus sim*'. Iam omnia plana sunt: in X fuit *VT*, id quod Y servavit; *Ω* levi errore habuit *ui*, atque ex isto *ui* pro suo quisque ingenio alius aliud posuit, E *cui*, M *ubi*, N, qui codex haud raro proxime ad veterem lectionem accedit, *vi*; H coniecit *vidi missurus*, P impudenter totum locum tractavit. — X 14, 2: *Quam ob rem, quicquid habes ad consolandum, collige et illa scribe, non ex doctrina neque ex libris* . . . C habet recte *consolandum*, M *consulendum*, E, O *consulandum*, W vero teste Schepssio *con †† landum*. Age fac, E, O pendere e M; ita rem actam esse concludendum est: parens codicum E et O habuit *consulendum*, quod Latinum est vocabulum; tum inventus est, qui in altero codice scriptum videret *consulandum*, atque homo amentissimus id quod Latinum est delevit, id quod ne Latinum quidem est reposuit. Contra fac, in X fuisse *consolandum* idque vocabulum in C servatum esse, *Ω* errore levi scripsisse *consulandum*: omnia plana sunt: nam E, O *consulandum* religiose retinuerunt, contra M, ut aliquod Latinum haberet vocabulum, *consulendum* scripsit.

Eadem res eodem modo demonstratur, cum Graeca vocabula codicum R et P cum M comparantur; nam R et P Graecae linguae plane imperitos fuisse — nisi quod P multis locis *ϑ* pro *τ* posuit — ex iis quae iam adferam apparet; iidem codices cum et omnium recentissimi sint et multis interpolationibus inquinati, ubi apparuerit, R + P non profectos esse ex M, eo magis perspicuum erit ne ENHO quidem ex M pendere. — V 18, 1: *quorum κεφάλαιον*; M *κεφαμον*, R *κεφαλιον*, P *κεφαααιον*. — V 21, 4: *in his γλυκύπικρον illud confirmas*; M *ταυηιπιρον*, R *ιαυκιπικρον*, P *ταικιπρικον*. M et R et P Graeca vocabula maiusculis litteris scripta habent: ecquis credit, R et P, quod lectionem codicis M

non intellegebant, eam lectionem recepisse, quae nihilo melior erat? — VII 8, 4: *etsi mihi ξυνὸς Ἐνυάλιος occurrebat.* ξυνὸς ἐνυάλιος C: ὕπνος νήδυμος M² in margine. 'In M¹ primae duae litterae discerni nequeunt, sed alterum vocabulum *ENYΛNOC* (*ΛN* pro *ΛΛI*) de veritate receptae lectionis dubitare non sinit' Baiterus adnotat; R *ZYNOCENYΛNOC*, P *ξINOCEN*(?)*YΛIOC*. — VII 8, 5: *est enim ἄμορφον ἀντιπολιτευομένου χρεωφειλέτην esse.* C ἀντιπολιτευομένου, M *ΛHTΠOΛEYTETOMENOY*, R *ANTIΠOΛEITETOΩEHOY*, P *ANTIΠOΛEITETOΩENOY*. — Plane iocosa est solutio eius aenigmatis, quod est IX 4, 2; de quo loco cum nos et diu et frustra quaesiverimus, ex c et codicibus intelleximus, et quam facilis sit error et quanto opere nos a vera lectione aberrarimus:

IX 4, 2 M habet *εἰ μενετέον ἐν τῇ πατρίδι τυραννουμένης δ' αὐτῆς εἰ παντὶ τρόπῳ τυραννίδος κατάλυσιν πρατεον, κἂν μέλλῃ διὰ τοῦτο περὶ τῶν ὅλων ἡ πόλις κινδυνεύσειν.* Recte vir quidam doctus, Manutius, ut puto, aut Victorius, *πατρίδι τυραννουμένης δ' αὐτῆς* non recte se habere intellexit; idem cum nihil esse mutandum crederet, orationem hiare putavit atque *τυραννουμένῃ* post *πατρίδι* inseruit. Quae coniectura ut est satis facilis ita minime apta: rectius esset *τυραννησομένῃ*, ut res contraria *τυραννουμένης δ' αὐτῆς* aptius evaderet; quamquam ne illud quidem sententiae satis facit: nam quisquis istas duas quaestiunculas 'num in patria manendum sit, cum periculum sit ne tyrannus exsistat' et 'num tyrannis delenda sit' ita coniungit, ut 'autem' posteriori inserat, hoc modo scribere debet 'sive autem manebis sive non manebis'. c vero totam dubitationem tollit itaque istas sententias scribit *εἰ μενετέον ἐν τῇ πατρίδι τυραννουμένης [δὲ] αὐτῆς; εἰ παντὶ τρόπῳ τυραννίδος κατάλυσιν πραγματευτέον . . .*; nam particula *δ'* vel *δὲ* (*δὲ* enim habent A¹²) sublata recte sententia procedit neque genetivus absolutus a Graeca oratione alienus est. R*) haec

*) Iterum dico, non nullae Graecae litterae in ERP quid sibi

habet *EIME | NETEONEN. THNΠATPIAITY PANNOY MENHCAYTHC. EINANTI TPOΠΩ* . . . ., P *EIME-NETEONEN THHΠATPIATYPANHOY MENICAP-TIC EINAN TI TPOTIΩ* . . . . Uterque igitur codex cum c consentit et *δ'* omittit: quis credat, aut Cratandrum coniectura *δὲ* eicere et casu cum RP consentire aut RP, qui ab hominibus Graecorum vocabulorum imperitis scripti sunt, *δ* omisisse, quod litteram altero codice inspiciendo non invenerunt? — *κατάλυσιν πϱατεον* habet M, *πϱαγματευτέον* C: *KATAAY CINΠPATMATEITEOH* R: *KATAAY-ΠPHPATMTEITON* P: ecquis ista litterarum portenta interpolatione in R et P traducta esse credit?

De N et H.

Quoniam ex iis, quos attulimus, locis nihil esse apparet, quod Σ ex M prognatum esse atque post meliores lectiones interpolando accepisse suspicemur, sequitur ut exponamus, quae propinquitas eorum codicum, qui ex Σ profecti sunt, esse videatur. Primum igitur N + H a reliquis codicibus seiungendos esse hi loci probant, quibus locis codicum EOP cum M + s consensio NH communi errore laborare demonstrat:

I 9, 1 *Nimium raro nobis abs te litterae adferuntur* EOPMs*): N omittit *nobis,* H positum post *abs te* habet; apparet igitur, sedem vocabuli in N + H vacillasse. — I 17, 5 *quod me ambitio quaedam ad honorum studium* EOPMs: *ad bonorum studium* NH. — I 17, 8 *qui primum illud valde graviter tulerunt* EOPMs: *valde* deest in NH. — I 17, 10 *tuta, ut spero, via, quam tibi litteris satis explicare non possum* EOPMs: H omittit *satis,* N habet *satis litteris*; cf. ad I 9, 1. — II 1, 2 *videtur enim posse aliquid nostris rebus lucis adferre* EOPMs: *posse aliquid rebus nostris lucri* H, *posse aliquid rebus*

velint, non facile apparere; cf. Baiteri adn. ad XVI 13a, 2 de litteris Graecis in M.

*) Codicum varias lectiones in iis vocabulis, quae ad rem non spectant, omittimus.

posse lucis N. — I 16, 1 *Quaeris ex me, quid acciderit de iudicio* EOPMs: pro *ex me* in N est *ad me*, in H *a me*. — I 16, 6 *nisi quis nos deus respexerit, elapsum scito*; PMs *quis nos*, E *qui nos*, O *qui* (sed s superscriptum) *nos*: *quia nos* NH. — I 16, 9 *ne aut ignorando stultissimi iudicaremur* EOPMs: *nec aut* NH. — II 16, 2 *Nam adhuc haec ἐσοφίζετο, se leges Caesaris probare*; *si leges* ZL², OPMs: *si legis* NH. — II 16, 4 *velim, si qui Graeci iam Romam ex Asia* OPMs: *de Asia* NH. — II 21, 1 *sed ita lenibus uti videbantur venenis* EOPMs: *levibus* NH. — II 21, 4 *itaque Archilochia in illum edicta Bibuli* EOPM: *archilogia* NH. — III 4 *erat eius modi, ut mihi ultra quadringenta milia liceret esse* OPMs: *quadraginta* H, *XL* N. — III 7, 1 *voluntas tua mihi valde grata est et minime nova* EOPMs, sed O *valde mihi*: *valde* deest in NH. — III 12, 1 *ut nemo umquam, quod tute intelligis* EOPMs: *tu me intelligis* NH. — III 15, 7 *sin omnia sunt obstructa, id ipsum fac ut sciamus* EOPMs: *obstructa ad ipsum* NH. — IV 1, 2 *itaque hoc tibi vere adfirmo, in maxima laetitia* EOPMs: *vere tibi* N, *vere* deest in H; cf. ad I 9, 1. — IV 2, 8 *vehementer te requirimus* EOPMs, sed O in margine adicit *terrere si*, ut ante *te requirimus* inseratur: *vehementer terrere [te requirimus]* H, *vehementer terrei si te requirimus* N. — V 21, 3 *horreo, atque eo magis, quod tu abes, qui consilio gratia studio multis rebus occurreres* EOPMs: *qui ⟨in⟩ consilio* NH. — VI 8, 3 *num quid moleste fers de illo, qui se solet anteferre patruo sororis tuae filii* EOPMs: *se* deest in NH. — VII 3, 1 *ut iam ne istius quidem rei culpam sustineam* OPMs: *ne istius rei quidem* NH. — VII 6, 1 *tantum igitur nostrum illud sollemne servemus* EOPMs: *illud nostrum* H, *illud* deest in N; cf. ad I 9, 1. — VII 9, 3 *O rem miseram! si quidem id ipsum deterrimum est* EOPMs: *quidem ad ipsum* NH. — VII 13 (13a), 1 *Quamquam genus belli quod sit vides; ita civile est* EOPM: *quod si vides* N, *quod si tu vides* H. — VII 15, 3 *vicerit enim, si consul factus erit* EOPMs: *consul facturus erit* NH.

II = N + H, quem codicem modo ab EOP seiungendum

esse demonstravimus, is ipse codex videtur fuisse, de quo Leonardus Arretinus epistula Pistorio ad Nicolaum Nicoli filium a. 1409 data (cf. Bruni epp. III, 13 ed. Mehus; eadem epistula est in ed. Fabricii, Hamb. a. 1724, p. 99) haec scribit: *In hac ipsa hora, cum tibi scribere pararem, literae tuae mihi redditae fuerunt. Primo igitur dicam, quod dicturus eram, deinde tuis respondebo. Bartholomaeus Cremonensis mihi hodie affirmavit, se Ciceronis epistolas ex vetustissima litera reperisse. Contempsi primo, mox cum magis magisque asseveraret, confestim domum eius visendi studio me corripui, quo in loco mihi ostenditur volumen antiquissimum sane ac venerandum. Sed dum avide evoluta ac singula scrutor, invenio epistolas ad Brutum et ad Quintum fratrem, eas videlicet ipsas quas habemus, et septem duntaxat ad Atticum libros. Fuit id minus, quam optaram, sed tamen, oppinor, aliquantulum inerit lucri ad nostras emendandas. Illud satis constat, quas antea habuimus, ex eo volumine non fuisse transcriptas, cum ibi non plures quam septem ad Atticum libri, nos vero, ut oppinor, quatuordecim habemus.* Codex ille Pistoriensis septem ad Atticum libros habuit: N, H in libr. VII medio desinunt; in codice Pistoriensi epistulam ad Octavianum fuisse Leonardus Arr. non commemorat: ne N quidem eam epistulam habet, H habet, sed eum codicem, ut est a docto quodam homine scriptus, haud paucis locis interpolationes accepisse infra p. 162 demonstrabimus. Et tamen nos, quoniam nescimus, qualis iste codex Pistoriensis fuerit quaeque inter ipsum et Mediceum ratio intercedat, nihil certius de re tam dubia constituere audemus atque iis totam causam expediendam relinquimus, qui vaticinando vel obscurissimas res facile se explicare posse confidunt. Sed sive *H*, i. e. parens codicum NH, iste codex Pistoriensis est sive non est, illud putamus, *H* a reliquis codicibus, qui in Σ cadunt, antiquis temporibus discessisse. Atque ut supra p. 126 coniecimus, divortium eorum codicum, quos Y et Ω appellavimus, ex codice maiusculis litteris scripto factum esse, ita suspicari licet, eo tempore, quo *H* a Σ profectus sit, *a* quod dicitur apertum usurpatum fuisse.

Nam etsi N multis atque mirabilibus erroribus scatet atque saepius *a* pro *u* habet, tamen tot locis *u* habet positum pro *a*, ut dubitari possit an *II a* apertum habuerit. I 13, 3 *rem ex senatus consulto ad virgines atque ad pontifices relatam*: N *relatum* pro *relatam*. — I 13, 3 *nosmet ipsi, qui Lycurgei a principio fuissemus*: N *litargtia* pro *Lycurgei*. — I 16, 2 *qui dum veritus est*: N *veritas* pro *veritus*. — I 17, 4 *ad te Thessalonica misit*: *thesalonicum* N; *Thesolonicam* II, — *cam* pro *ca* omnes codices. — I 17, 9 *ut induceretur locatio postulaverunt*: N *locucio* pro *locatio*. — II 7, 2 *ad exagitandam hanc eius legationem*: N *exagitandum*. — III 10, 2 *pernicie consilia inirentur*: N *consilium intrentur*. — V 20, 9 *Tuas etiam Epiroticas*: *Tuus eciam* N: complures codices *epiroticus*. — III 16, 1 *incertum facit exspectatio litterarum vestrarum Kal. Sextil. datarum*: N *daturum* pro *datarum*. — IV 4b, 2 *Medius fidius ne tu emisti ludum*: N habet *Meditasfidius*. — IV 18, 5 (17, 3 ed. Orelli.) *exercitum e Britannia reportabant*: N *reportabunt*. — V 14, 1 *neque longas a me neque semper*: N *longus* pro *longas*. — VI 5, 3 *sed ea Galatarum, Pisidarum*: N *gulatarum*. — Permultis praeterea locis N *tum* habet pro *tamen*; quamquam ille error inde oriri potuit, quod is, qui N scripsit, *tū* pro *tñ* in exemplari describendo legit. — Denique nos, quod scimus, quam corruptae lectiones in N sint, non audemus de re tam difficili tamque dubia diiudicare. Plerisque vero locis, qui quidem in H sunt, H veram lectionem habet; itaque non erratum fuisse in *II* apparet, sed eum ipsum, qui exemplar de *II* descripsit, errasse.

In ipso parente codicis N, non in *II*, qui fuit, ut ita dicam, avus codicum N et H, variae lectiones vel dittographiae fuerunt, quas is qui N scripsit in ipsum textum recepit. I 3, 1 *Aviam tuam scito desidero al' desiderio tui* (sed *tui* ex *tun* correctum) *mortuam esse* N; recte H *desiderio tui*. — VI 3, 5 *ut ante me ceperat fecerat* N; abest H. — VII 2, 7 *fidei michi testes et testimonium* N; recte H *mihi testimonium*. — II 21, 5 *ut iret adiret ad Bibulum* N: recte H *ut iret ad Bibulum*. — III 2 *Brundusium proferre al' referre sine te* N;

recte H *Brundusium referre sine te.* — III 15, 4 *meaque officia et custodia et studia* N; recte H *officia et studia.* — I 13, 3 *sed vereor, ne hoc, quod infectum est, serpat lacius longius* N; recte H *serpat longius.* — I 17, 9 *de ordinum dignitate et concordia dicta sunt kl' septemb'r al' decemb'r et postridie* N; H *dicta sunt Id' decemb'r et postridie.* — II 1, 3 *qui philippice ordinantur al' nominantur enituerat* N; recte H *nominantur.* — III 24, 1 *tamen sperabam aliquando aliquid* (sic!) *fecisse seu vidisse prudencius* N; recte H *aliquid aliquando vidisse prudentius.* — N haud paucis locis coniecturas habet, H vero multo pluribus; itaque N pluris facimus quam H; eundem codicem H praeterea ex $\Delta = M + s$ lectiones accepisse infra p. 162 exponemus.

Et E et H multis locis hiare supra p. 23 et p. 30 diximus; iidem codices non numquam ita hiant, ut eadem verba eodem modo omittant: quod utrum casu factum sit an consilio, non facile est ad diiudicandum. Cum vero et E multis locis hiet quibus H integer est et H saepius ea capita omittat quae E habet, cumque ii qui eos codices scripserunt ita epistulas excerpserint, ut amputandis totis capitibus tamen quandam perpetuitatem orationis servarent, casu non consilio factum esse opinamur, ut his locis E cum H consentiat:

Ex III 23 habet H totam § 1, § 2—4 hoc modo hiat: § 2 *Nam ea veterum* [*tribunorum pl. rogatio* ..... § 4 *modo res conficiatur, ero contentus*] *iam dudum pudet*: E § 1 *de tota Pompei ratione perscribis* [*in altera epistula* ..... § 2 *et a quo sit inculcatum, vide*] (*Scis enim Clodium* ... *illud ipsum abrogatur et c'.* [*quo**) *modo eam abrogari oporteat* ..... § 3 *hoc quod re vera* .... § 4 *modo res conficiatur, ero contentus*] (*Iam dudum* ...; N, O, P integri sunt. — VI 1, 1—2 *sic enim postulas* [*nec οἰκονομίαν meam* ..... § 2 *ac putaram paulo secus*] *Appius* [*enim*] *ad me* H: *sic enim postulas. et c'.* [*nec οἰκονομίαν meam* ..... § 2] *Appius* [*enim*] *ad me* E; *enim* quod uterque codex omittit, mirum esset, nisi *sic enim postulas* antecederet; nunc vero in his verbis *sic enim postulas.*

*) *quo non eam* ed. Wesenberg.

Appius enim ad me facile accidit, ut uterque codex posterius *enim* omitteret: integri sunt N, O, P. — VI 1, 26 *inscriptiones statuarum alienarum [Sed ut tibi placebit . . . . . 2, 2 Quid ad Statium scripserit, nescio] quicquid acturus . . . ad libertum non fuit [Mihi autem erit maximae curae . . . amare teque mirifice sed] est magnum illud quidem . . . . . § 3 revertar tuam. [Peloponnesias civitates . . . . . § 5 nec imperita et clemens] cum admirabili facilitate . . . . . § 6 bellum impendet a parthis [Quinctilem in reditu ponere . . . propediem te videbo] § 7 venio ad brutum tuum, immo nostrum sic enim maius* (!) *[Equidem omnia feci . . . Tu qui ais] brutum cupere* P: 1, 26 et 2, 1—3 habet H usque ad *revertatur* (!) *tuam*: omittit § 3 *[Peloponnesias civitates . . . Σιποὐντιοι] sed hoc continuo . . . . . § 5 in oculis sumus. [Gratis inquam vitis . . . . . § 6 quam de provinciis] ego* (!) *ut spero . . . . . § 7 quia longe absum sciam.* (!) *[Salaminios autem . . . . . § 8 Catoni certe probabo] sed [iam] ad te*: 1, 25 *vidi hominem nequiorem et c' [sed extremum audi . . . . .* 2. 8 *meum non fecerunt]* { *Inclusum in curia* E; N et O integri sunt. — VI 3, 5—6 *feci omnia [Cyprii numerabant . . . nolle eo tribunatu]* § 5 *Caius est quidam* H: § 5 *feci omnia et c'. [Cyprii numerabant . . . nolle eo tribunatu]* § 6 *Gaius est quidam* E; ante *Gaius* parvum spatium est vacuum relictum eo consilio, ut consuetum signum {— interponeretur: integri sunt N, O, P.

Quoniam ea quae de N + H et invenimus et suspicamur — rei enim difficultas impedit ne de omnibus rebus recte iudicasse nobis videamur — absoluta sunt, ad EORP venimus.

De E et ORP.

R et P paene gemellos esse, arctiore quodam vinculo cum O coniunctos, R + P + O paulo longius ab E distare multis locis probari potest. isdem locis apparet, cod. Ravennatem, cuius lectiones Bootius edidit, et Malaspinae codices Ant. et F cum ORP consentire, ab ENH dissentire:

I 5, 8 *Terentia ⟨tua⟩ magnos* O, P, Rav.: *Terentia [tua] magnos* E, N, H. — I 12, 3 *te credo audisse* O, P, Rav.: *credo*

te audisse E, N, H. — I 17, 4 *De his litteris* ⟨*tuis*⟩ O, P, Rav. (sed O *iis*): *De his litteris* [*tuis*] E, N, H (sed N *hiis*). — I 20, 1 *nihil* ⟨*enim*⟩ *duco esse* O, P, Rav.: *nihil* [*enim*] *duco esse* E, N, H (sed N *dico*). — II, 1, 5 *sed ego odi illam male* O, P, Rav.: *sed ego illam odi male* E, N, H. — II 9, 4 *ibi esse* ⟨*volo*⟩ . . . . . *Maias* [*volo*] O, P: *ibi esse* [*volo*] . . . . . *Maias* ⟨*volo*⟩ E, N, H (sed E *ubi*). — II 22, 4 *te* ⟨*etiam*⟩ *urgente erunt firmiora* O, P, Rav.: *te* [*etiam*] *urgente erunt firmiora* E, N, H. — II 22, 7 *commendatione cognovi.* ⟨*Cura mi suavissime ut valeas*⟩ O, P, Rav.: *cognovi* E, N, H (quamquam in H inter epp. 21 et 22 unus versus vacuus est relictus). — II 24, 3 *aut* ⟨*etiam*⟩ *Brutum opus esse* O, P, Rav.: *aut* [*etiam*] *Brutum opus esse* E, N, H. — III 9, 3 *videbis* ⟨*et*⟩ *litteras quas ad* O, P: *videbis* [*et*] *litteras quas ad* E, N, H. — III 27 *videbo* ⟨*plura non scribo. Cura ut valeas*⟩ O, P, Ant., Rav.: *videbis* N; *videbo* ⟨*Vale*⟩ H; abest E. — IV 6, 2 *et captus* [*quo*] *dolore* O, P: *et captus* ⟨*quo*⟩ *dolore* E, N, H. — IV 18, 5 *aut etiam si sapis* O, P: *aut si etiam sapis* E, N, H. — VI 1, 4 *mehercule ego ita* ⟨*vidi ita*⟩ *iudico* O; *mehercule ego ita* ⟨*vidi et*⟩ *iudico* P: *mehercule ego ita iudico* E, N, H (sed H *ego* omisit). — VI 3, 2 *ut mihi* ⟨*hic*⟩ *nolit* O, P: *ut mihi* [*hic*] *nolit* E, N, H. — VI 3, 2 *esse magnum in syria* O; *magnum esse in syria* P: *esse in Syria magnum* E, N, H. — VII 9, 3 ⟨*tu*⟩ *dices profecto* O, P: [*tu*] *dices profecto* E, N; abest H. — VII 9, 4 *consilio* ⟨*si*⟩ *in temporibus* O, P: *consilio* [*si*] *in temporibus* E, N: abest H; cf. lectionem M[1].

In iis quae sequuntur NH desunt; itaque solus E cum OR comparari potest.

VIII 3, 5 *locus nobis erit* O, R: *locus erit nobis* E. — VIII 11b, 1 *si teneri putas posse* O, R: *si teneri posse putas* E. — VIII 11d, 5 *summa* ⟨*cum*⟩ *ratione fecisse* O, R: *summa* [*cum*] *ratione fecisse* E. — VIII 12, 2 *post condiciones pacis* [*per*] O, R (quamquam in O m[2] ut multis aliis locis errorem correxit): *post condiciones pacis* ⟨*per*⟩ E. — VIII 12, 6 *velim mihi mittas.* ⟨*Cura ut valeas*⟩ O, R: *vellim mihi mittas.* [*Cura ut valeas*] E. — VIII 12d, 2 *celeriter* ⟨*iter*⟩ *ex* O, R: *celeriter*

[iter] ex E. — VIII 12d, 2 *quod inter se [ne] noti sunt* O, P: *quod inter se ⟨ne⟩ noti sunt* E: *ne quidem noti* Ant., F. — VIII 14, 2 *si mutata est [ut] tibi assentiar* O, R: *si mutata est ⟨ut⟩ tibi assentiar* E. — IX 3, 1 *de Domitio et [de] Lentulo* O, R: *de Domitio et ⟨de⟩ Lentulo* E. — IX 6, 4 *instituta ⟨timidius⟩ praesertim* O, R: *instituta [timidius] praesertim* E. — IX 7, 3 *igitur ⟨illud⟩ inquies esse* O, R: *igitur [illud] inquies esse* E. — IX 7a, 1 *facturum et eum alias eum velle cum* O (sed prius *eum* m² scripsit in rasura, *alias eum* expunctum); *facturum et etiam alias eum velle cum* R: *facturum et etiam velle cum* E; in eo codice, ex quo O, R descripti sunt, ad *etiam velle* videtur adscriptum fuisse *al' eum*. — IX 9, 2 *Venio nunc ad alteram epistolam* O, R: *Venio ad alteram nunc epistolam* E. — IX 9, 2 *concordia tibi misi** O (videtur fuisse *misit*); *concordia tibi misi* R: *concordia tibi remisi* E. — IX 10, 2 *evolare cupio [do] do* O, R: *evolare cupio ⟨do⟩ do* E. — IX 11a, 2 *armis bella in ullam partem* O, R: *armis belli ullam partem* E. — X 4, 6 *quid futurum sit in hac ⟨vita et⟩ fuga* O, R, Ant., F: *quid futurum sit in hac [vita et] fuga* E. — X 13, 2 *videlicet ⟨aut⟩ aliquid* O, R: *videlicet [aut] aliquid* E. — XIV 13, 5 *minusculam vero villam ⟨utique⟩ quinto* O, R: *miniscularn (!) vero villam [utique] Quinto* E. — XIV 13b, 2 *honorificentissime scriptae sic ad me adferuntur* O, R (in O m² *.L'. me adfecerunt* superscripsit): *honorificentissime scriptae sic me affecerunt* E.

Apparet E multis locis veram servare lectionem, quibus O, R, P, Rav., Ant., F peccant. Eo magis mirum videtur esse, uno loco R, P cum E consentire, ab O dissentire. Nam cum R et P et O multis locis easdem coniecturas habeant cumque XII 36, 1 R et P hient atque O quoque hiasset, nisi is qui codicem scripsit in errorem se incidisse animadvertisset (cf. p. 151), uno loco XIV 12, 2—3 et XIV 13, 1 eadem verba E atque R + P omittit, O integer est. Nam E XIV 12, 2—13, 1 haec et habet et omittit: *sed nos nisi me fallit iacebimus. itaque exire aveo et c̄.* Ita epistula desinit. Omissa sunt [*ubi nec Pelopidarum* . . . . . 3 . . . . . *de Bruto utique, quic-*

quid]. Nova ep. incipit a § 3 *Hec conscripsi X Kl' accubans* . . . . . *exercitatum et c.* Omissa sunt [13, 1 *Septimo denique die* . . . . . *a te XIII Kal. datae quibus*]. Sequuntur eodem tenore *Queris idque* (!) *etiam me ipsum* . . . . . Item R habet *iacebimus itaque ex ne* (!) *aveo et ct.* [*ubi nec Pelopidarum* . . . . . 3 . . . . . *quicquid*]. *Hec conscripsi* . . . . . *In arismetricis* (!) *satis exercitatum et ct.* [13, 1 *Septimo denique* . . . . . *datae quibus*] *Queris idque etiam me*; eodem denique modo P hiat, nisi quod *et ct.* utroque loco omissum est. O integer est neque 13, 1 *quibus quaeris idque etiam* habet, sed recte *atque.* Res quo modo facta sit, pluribus modis explicari potest: nos vero conicimus*), aut eum qui R + P scripsit suum exemplar cum E contulisse atque ita accidisse, ut eadem exsecaret, aut in parente codicum E + O + R + P ea, quae E omittere iubebatur, notis esse significata eisque notis E, ut praescriptum erat, obtemperasse. O omnes neglexisse. R + P uno loco esse deceptum.

E nos, ut omnium codicum, qui nunc sunt ex Ω noti, vetustissimum putamus, ita maximi faciendum esse iudicamus; nam etsi coniecturis non est liber, tamen is, qui scripsit, satis magna pro illa aetate modestia in ea re versatus est. Contra in O, R, P, Ant., F, Rav. multi errores, multae quoque coniecturae atque interpolationes invectae sunt, quod recentioribus temporibus erant, qui textum sibi potius corrigendum quam describendum putarent. Atque ex istis codicibus R + P pessimi sunt tantaque licentia interpolati, ut nisi dira necessitas penuriaque bonorum codicum nos cogeret plane eos neglegendos censeremus.

De O et RP.

Is codex, ex quo O, R, P profecti sunt, quem nos Φ appellamus, uno loco chartas habuisse videtur solutas; nam XII 36, 1 — 37, 1 P + R habent *effugere non tam propter penam legis* ⟨*quia*⟩ [*studeo quam ut maxime* . . . . . 37, 1 . . . . . *ad me quoque misit. eam ipsam ad te*] *epistolam misi et ad*;

*) Certius aliquid constitui posset, si NH eo loco adessent.

ea, quae [ ] inclusimus, omissa sunt. O[1] vero sic habet 36, 1: *effugere non tam propter penam legis ⟨quia epistolam ? +isi⟩ studeo quam ut maxime* neque quicquam omittit; cum vero in O *quia epistolam misi* (?) inserta sint (m[2] *misi* erasit et *legis* superscripsit), suspicor eo loco unum folium in Ω fuisse solutum vel alieno loco positum, O initio errasse et post errorem animadvertisse, R + P et errasse neque errorem intellexisse.

R et P plane gemellos atque ab O diiungendos esse cum inde apparet, quod uterque codex ea verba quae sunt XII 27, 3 *valde enim urbem fugio* usque ad 31, 3 *per eum agi potest ad me scribes* omittit, quae verba O integra servat, tum multis interpolationibus intellegitur: quas interpolationes, quoniam in R et P quaedam est interpositorum verborum varietas, parentem codicum R et P non in ipsum textum receptas, sed in margine adscriptas habuisse iudicamus.

XV 4, 1 *posse sine bello. ⟨Quid sit futurum nescio. Sed ut minimum spei ita plurimum timoris in hac re subesse video. Vale.⟩ Sed non cupio* R; *posse sine bello. ⟨quid futurum sit nescio. sed ut minimum spei. ita plurimum timoris in hac re subesse video.⟩ Sed non cupio* P: *posse sine bello. sed non cupio* O. — XV 4, 2 *bruto ⟨intellexisse dicis⟩ scribis ⟨ipsum optare⟩ ut* R; *bruto ⟨intelligere dicis⟩ scribis ⟨ipsum optare⟩ ut* P: *bruto scribit ut* O. — XVI 11, 2 *animadversa sunt ⟨ut nichil fere sit quod a me studiosius facit⟩ eodem* R; *animadversa sunt. ⟨ut nihil fere sit. quod a me studiosius fiat⟩ eodem* P: *animadversa sunt eodem* O. — IX 18, 2 *o copias ⟨perditas et⟩ desperatas* R; *o copias ⟨perditas. o⟩ dispertitas* P: *o copias desperatas* O. — XI 4, 1 *possum ⟨rumor⟩ tueor* R; *possum ⟨rumore⟩ tueor* P: *possum tueor* O. — XVI 4, 2 *sunt. hec ferre de sesto ⟨percepimus de ceteris quicquid vel sermone vel l̃ris meorum habuero celeriter ad te scribam. Vale.⟩ (De buthroci eis* R; *hec fere de sexto ⟨recepimus. de ceteris quicquid vel sermone vel litteris meorum habuero celeriter ad te scribam. vale.⟩ de buthrociis* P: *haec fere de sexto* (?) *de buthrotiis*

O. — XII 41, 4 *si tibi erit comodum ⟨me facias⟩ certiorem* R; *si tibi erit commodum ⟨me facito⟩ certiorem* P: *si tibi commodum erit certiorem* O (m[1], ut videtur, ordinem verborum correxit). — XVI 15, 5 *petierat ut unde ⟨aliquod conferrem⟩* R; *petierat ut unde suo ⟨aliquid conferrem⟩* P: *petierat ut vide suo* O[1] (*inde suo* O[2]). — XVI 15, 5 *non modo. Sed iniquissimo fenore versuram facere ⟨me facerem⟩ aurelius* R; *non modo ⟨illa alia⟩. Sed iniquissimo fenore versuram facere ⟨me factum⟩ aurelius* P: *non modo sed iniquissimo fenore versuram facere aurelius* O.

De F et Ant. et Rav.

Iis locis quos attuli quid Ant. et F habuerit incertum est; nam Malaspina raro tales interpolationes commemoravit, non ut de codicum suorum erroribus celaret, sed quod tam acri iudicio erat, ut plane quid talia verba valerent intellegeret. Uno vero loco F eadem habet verba interposita quae R, neque vero eodem loco; XVI 15, 3 sub fin.: *ille dilectus de gradus ⟨quantum homo iste nos diligat. Vale.⟩ Sed cum legeris, existimabis* R: *existimabis ⟨quantum homo iste nos diligat⟩* F: verba diversis locis interposita probant id, quod supra suspicatus sum, eum codicem ex quo R, P profecti sunt tales sententias in margine adscriptas habuisse. — Contra XVI 15, 5 F interposita habet *medicinam. ⟨quid enim iam est quod ego vel auxilio vel consilio prodesse possim⟩*, R illa interpolatione liber est. — XV 13, 1 denique F cum P consentit, a R dissentit: *VIII K. ⟨Quint.⟩ duas a te accepi* F; *VIII Kal' ⟨quintilis⟩ duas a te accepi* P: R *Quint.* non habet insertum. — Iensoniana editio non nullas interpolationes communes habet cum R et P, plerisque locis integram habet lectionem, haud raro denique ipsa vocabula inserta habet, ubi R, P vitio liberi sunt: itaque iterum hoc concludo, parentem codicum R, P, F, Iens. multis locis interpolationes habuisse, neque vero in textum receptas sed ad marginem adiectas.

Ut F cum R, P, ita Ant. et Rav. cum O coniungendos esse credimus. Nam XII 12, 1 R, P, F habent: *germanam*

ἀποθέωσιν ⟨*sed vereor ne minorem τιμὴν* (*.TEIMNN.* est in P)⟩ *habere videatur*: Ant. et O *sed vereor ne minorem* habuerunt. *τιμὴν* relicto vacuo spatio omiserunt; nam quamquam O[1] paene tota erasa est. tamen neque de *sed vereor ne minorem* neque de vacuo spatio dubitari potest. — Rav. denique adfinem esse codicis O his locis apparet:

I 14. 6 *ita quem in modum* O[1], Rav.: *itaque mirum in modum* P. O[2]. — I 16. 2 *fufius tr. pl* [*ferret*] O. Rav.: ⟨*ferret*⟩ P: in O *ferret* in margine est. — I 16. 5 *caeterarum mulierum atque* O[1]. Rav.: *certarum mulierum atque* P. O[2]. — I 16. 7 *nam plena ita putaverunt* O. Rav.: *nam plane ita putaverunt* P. — I 16. 9 *sententiam* [*multa*] *dixi* O[1], Rav.: *sententiam* ⟨*multa*⟩ *dixi* P. O[2]. — I 16. 9 [*accepta*] *patres conscripti* O (m[2] in margine adscripsit *accepta*); *patres conscripti accepta* Rav.: *accepta patres conscripti* P. — I 16. 9 *carceri servarunt* O[1], Rav.: *carceri reservarunt* P. O[2]. — I 16. 9 *non est imminuta virtus* O. Rav.: *virtus non est inimica* P. — I 16. 12 *suscepisse negotium* [*dicitur*] O[1]. Rav.: *suscepisse negotium* ⟨*dicitur*⟩ P. O[2]. — I 17. 5 *a fraterno more* O. Rav.: *a fraterno amore* P. — Neque vero Rav. ab O pendet, quod non paucis locis, si quidem iis quas Bootius adfert lectionibus fides habenda est, Rav. cum ENHPM consentit. ubi O solus peccat.

Ut textus classis Σ procedentibus annis deterior factus est, ita O qui codex paulo prius quam R et P scriptus est pluris aestimamus quam R et P. Nam et R et P, de qua re infra p. 156 dicemus. multas coniecturas communes habet cum M[2], et O pluribus locis cum c et Z consentit quam R et P. — XI 15. 4: *suspicor enim coheredes dubiam nostram causam putare et eo rem in integro esse* ⟨*malle*⟩. *Vale* c, l, L(mgo); O ⟨*malle*⟩. sed O omittit *Vale*: [*malle*] R. P. — XIII 27. 1: *De epistula ad Caesarem, nobis vero semper rectissime placuit, ut isti ante legerent*; c. v. c. et L(mgo). codices Bosii *De epistola*. O *De epistolā*. sed linea super *a* utrum m[1] an m[2] adiecta sit dubium est: [*De*] *Epistolam* R, P.

De Δ.

Quoniam de Σ ea, quae nos invenimus, exposita sunt, sequitur ut de Δ disputemus. Δ, i. e. Med. codicem, s, plerosque codices Italicos, quos nos inspeximus neque vero contulimus, plurimis locis hiasse ex iis quae supra p. 134 attulimus apparet. Eundem codicem multis locis corruptam lectionem habuisse hi loci probant:

II 1, 11 *accensu* M^1, *accessu* M^2, s, *censu* M in margine: *censu* N, H, O^1 *), P. — II 7, 2 *salutare* Δ: *resalutare* N, O, P. — IV 5, 2 *aut etiam emisse* Δ: *a vectio emisse* N, O, P, Ant., F (sed N *Avercio*). — IV 13, 1 *rescribas* Δ: *scribas* N, O, P. — IV 17, 4 *liber* Δ: *libere* O, N, P, Ant. — V 1, 2 *omnium* Δ: *nominum* N, O, P. — V 1, 3 *sumpta* Δ: *sumptus* E, N, O, P; *supradicta* H. — V 2, 2 *audiri* Δ: *laudari* N, O, P. — V 21, 4 *fore* Δ: *esse* N, O (?), P, Ant., F, Card. — VI 3, 7 *solum* Δ: *solus* E, N, H, O, P. — IX 10, 3 *sive periculo* M, *sine periculo* s: *sive periculose* E, O, P. — XI 5, 1 *effecerunt* Δ: *effecerint* O, R, P. — XI 22, 1 *nec Caesar* Δ: *ne Caesar* O, R, P. — XII 2, 2 *hominem recta* Δ: *homini non recta* O, R, P. — XII 5, 1 *testario* Δ: *et statio* O, R, P. — XII 27, 1 *certe* Δ: *cocte* O, R, P. — XIII 23, 3 *excita compella* (*compelle* s) Δ: *et ita cum polla* O, R, P. — XIII 24 *currere* Δ: *corcyre* O (?), R, P. — XIII 45, 1 *babio* Δ: *bebio* O, R, P, Ant., F. — XIII 45, 3 *prandia* Δ: *praedia* O, R, P. — XIII 51, 2 *narrabo* Δ: *narro* Ant. et alii Mal., O; *varro* R, P. — XIV 10, 2 *cum letanti* M, *tum letanti* s: *conlectanti* O, R, P. — XIV 12, 2 *amice* Δ: *peramice* E, O, R. — XV 13, 2 *legationes* Δ: *legiones* O (?), R, P. — XV 26, 2 [*est*] *illa namque* Δ: ⟨*est*⟩ *illa quidem* O (?), R, P, Ant. — XV 27, 3 *suspicor* Δ: *suspicabor* O, R, P, Ant.

Non nullis locis Δ verba aliena a sententia vel consilio vel errore interposita habet:

*) Sed O^1, ut non nullis aliis locis, ita erasum, ut singulae tantum litterae agnosci possint; O^2 neglex imus, quod posteriores manus in O, ut nunc est, nullam habent auctoritatem. — E et H multis locis hiare saepe iam diximus.

III 9, 2 *omnia coram agemus* M², s, O²: *omnia agemus coram* M¹: [*omnia*] *coram agemus* E, N, H, O¹, P. — VIII 9, 3 *multo minus* ⟨*movebant minus*⟩ *crebro* Δ: *multo minus* [*movebant minus*] *crebro* E, O, R. — IX 8, 1 *quod* ⟨*modo*⟩ *quaeris* Δ: *quod* [*modo*] *quaeris* E, O (?), R. Ant., Maff. apud Mal.

Talem Δ fuisse putamus: ex quo primus est descriptus M, sed ita, ut incredibili eorum qui scripserunt neglegentia plurimis locis textus corrumperetur. Qui codex cum Mediolano*) Florentiam in bibliothecam Coluccii pervenisset, alii viri docti Florentini, sive quod intellegebant quam corruptus esset codex sive quod non facile erat exempla ex M descripta adsequi, codices ex eodem Δ ex quo M profectus erat petisse videntur. Quos cum accepissent, et textum correctiorem habebant et eas epistulas, quas M omisit, in plerisque codicibus invenerunt; etenim cum I 18, 1—19, 11 et XVI 16, 8—18 neque ex Σ neque ex CWZ sumpta sint idemque stemma sit codicum utroque loco, putamus eo tempore, quo illae epistulae in textu reliquorum codicum positae sunt, ipsum Δ nondum perisse. Et tamen, cum neminem fugeret, multis mendis textum earum epistularum laborare, quantum quisque poterat enitebatur, ut ista menda vel meliore lectione aliunde hausta vel coniecturis tolleret. Ita factum est, ut multae lectiones ex Σ in Δ migrarent; eodem vero modo cum factum sit, ut alius codex ex alio codice eiusdem classis Δ corrigeretur, distinctius atque accuratius stemma eius classis Δ constituere nos posse diffidimus. Illud apparet, Mediceum inter omnes codices, qui ex Δ profecti sunt, ita praestare, ut nullus ei par sit: M¹ enim non paucis locis si non veram, at genuinam lectionem servat, quibus et reliqui codices ex Δ et omnes ex Σ coniecturam habent; M² vero ita positum est, ut, qui fuerit genuinus textus codicis Δ, ex M¹ uno cognosci possit: s alienas lectiones et coniecturas in ipsum textum recepit. Ceterum, ut supra p. 146 coniecimus, et in Π et in Ω u apertum fuisse, ita Ω vocabula nondum recte distincta habuisse

*) Cf. supra p. 5.

inde suspicamur, quod saepius Σ veram lectionem praebet, ubi in M aut in M + s litteris et syllabis falso coniunctis mirabiles errores exstiterunt. Pauca iam

de M^2

exponemus; ita enim ratio institutumque nostrae disputationis fert, ut, cum alii philologi a M^1 et M^2 profecti sint ad reliquos codices examinandos, nos ex CZW initio disserendi capto, postquam aliquid de Σ inde constitui posse nobis persuasimus, in M^2 exitum et finem dicendi habeamus. De M^2 igitur haec nos invenisse putamus:

1) Pleraeque lectiones M^2 in ENHOP aut inde a medio libro VII in EOR vel ORP inveniuntur.
2) Ex iis lectionibus M^2, quae non sunt in ENHORP, pleraeque coniectura excogitatae sunt neque genuinae lectionis auctoritatem habent.
3) Paucas lectiones ex M^2, quae non sunt in ENHORP, non coniectura repertas esse credimus, quod tales sunt, ut non facile excogitari potuerint.

Itaque lectiones M^2 + ENHORP, sive verae sunt sive falsae, ex aliquo codice sumptas esse apparet; nam ne quis dicat, M^2 primo in codice Mediceo adscriptas, post ex illo codice in ENHORP profectas esse, et E obstat, quem nos prius quam M exaratum esse iudicamus, et consensio omnium codicum Σ.

Quae cum ita sint, hoc modo iam res instituenda est, ut omnes lectiones M^2, quae non sunt in ENHORP, colligantur atque in eam rem inquiratur, num omnes tales lectiones eadem manu in M adscriptae sint, utrum quaeque lectio coniectura esse an ex aliquo codice migrasse videatur: quam rem nemo poterit omnibus numeris perficere, nisi cui licebit ipso codice Mediceo diu uti; et tamen dubium est, num res*)

*) Alteram rationem, qua coniecturae ex M^2 facile agnoscantur, infra p. 185 exponam.

omnino fieri possit, quod et notum est, quam difficile sit varias manus posteriores internoscere, et facile fieri potuit, ut et eadem manus coniecturas atque genuinas lectiones adscriberet et M² ex codice coniecturis inquinato hauriretur.

Nunc quidem nondum contingere iudico, ut recte et vere non dico variae manus in M — qua de re nemo iudicare potest nisi is qui ipsum M ad eam rem adhibet — sed coniecturae atque genuinae lectiones internoscantur; quod ut probem, haec adfero:

In M haud paucae lectiones notantur hoc signo $\overset{s}{c}$*): istud $\overset{s}{c}$ quid significet, dubium est; nam Hofmannus p. 17 *corrige* interpretatur, O. E. Schmidtius p. 11 *colucius*, uterque vero vir doctus tales lectiones coniecturas putat; non omnes eas lectiones coniectura repertas esse XIV 17a, 7 demonstrat, de quo loco Schmidtius p. 33 haec disputat: '*quam animi* m¹, drüber $\overset{s}{c}$ *quadam*, dann ist *quam* und $\overset{s}{c}$ *quadam* getilgt und am Zeilenanfange angeschoben *cum* m. (?). — Poggio II 166 (vgl. S. 84) [scilicet in codice Berolinensi, de quo infra loquemur] hat hiernach *quadam cum* geschrieben; diese Lesart ist in die Vulgata übergegangen und findet sich auch in den neuesten Ausgaben. Offenbar aber steckt das unentbehrliche *cum* in *quam* m¹; demnach ist zu schreiben: *magnitudine cum animi, tum etiam ingenii* etc.' Errat vir doctus neque quisquam ita in textu ponet; nam illud *quadam*, quod Schmidtius Coluccii coniecturam esse atque plane reiciendum putat, in F, i. e. in altero eius epistulae exemplari, quod est ad fam. IX 14, qui codex IX. saeculo scriptus esse putatur, positum invenitur. Itaque istud *quadam*, sive ex aliquo codice epp. ad Att. sive ex codice epp. ad fam. sumptum est (quod nos

---

*) Idem signum N in epp. ad Br. non nullis locis habet: I 1, 1 *diligit velud me* textus: in margine '$\overset{s}{c}$ *valde*' adscripsit m. p.; I 9, 1 *tibi fefferre* textus: in margine '$\overset{s}{c}$ *sufferre*' m. p.; I 9, 2 *fortiores* textus: in margine '$\overset{s}{c}$ *certiores*' m. p.

non credimus, quod eundem virum doctum *et gradatim*, quod in eadem § in F est atque ab omnibus codicibus epp. ad Att. abest, additurum fuisse putamus), certe genuina lectio, non coniectura est*). Quod cum una lectio $\overset{s}{c}$ signata non sit coniectura, valde dubium est, num omnes reliquae coniecturae sint; cumque ista nota $\overset{s}{c}$ faciat, ut omnes istae lectiones colligi atque inter se comparari possint, neque vero nunc constet, utrum quaeque ita signata lectio coniectura sit necne, multo difficilius erit de iis lectionibus M^2 constituere, quae signo omnino carent. Accedit altera res eaque gravissima: plerasque lectiones M^2 in ENHORP esse diximus**), illud non dicimus, utrum M^2 ex Σ an ex NH an ex E an ex O an ex RP profectae sint; sed fac, plerasque lectiones M^2 ex ENHORP sumptas esse: apparet M^2, etsi ex codice aliquo translata sit, tamen coniecturam esse posse; etenim ut Δ, ita ne Σ quidem neque ii qui eo prognati sunt codices coniecturis liberi sunt.

Haec si recte exposuimus, apparet, lectiones M^2, quoniam nunc non constat, quanta cuique lectioni fides habenda sit, non posse adhiberi ad reliquos codices examinandos atque aestimandos. Dubium enim est, num recte de M^2 constitui possit, quod fieri potuit, ut homines docti Florentini coniecturas et genuinas lectiones non internoscerent, quodque haud paucae lectiones ex codicibus sumptae sunt, quas coniectura inventas esse apparet. Itaque ad Att. IX 16, 2 M^1 habet *triumpho gaudeo,* eamque lectionem in X fuisse ZL^2 et ZB demonstrant: recte igitur Lambinus inde *triumpho gaudio* restituit. M^2 habet *triumpho et gaudio*, eademque lectio in Σ invenitur. Nemo dubitat, quin ea lectio mera coniectura sit. Quid ergo? Num

---

*) Impudentis est dicere, *quadam* a Coluccio coniectura excogitatum atque casu factum esse, ut ista coniectura cum vera lectione F consentiat.

**) Cf. lectiones varias, quas nos nuper editioni epp. Ciceronis selectarum ab Hofmanno institutae subiecimus.

is, qui eam lectionem in Mediceo adscripsit, ita coniecit eaque coniectura in Σ irrepsit? Minime quidem; nam et E vetustiorem esse Mediceo iudicamus et ipse Petrarcha, qui eam epistulam in Hist. Caes. c. XX § 44 affert, *triumpho et gaudeo* habet: perspicuum igitur est, M² et ex codice aliquo sumptam et tamen coniecturam esse.

Quae cum ita sint cumque de M² nunc nihil constet, maxime dubium est, num recte Schmidtius p. 81 suspicetur, *codicem Berolinensem, qui fuit in bibliotheca Hamiltoniana, n. 166 ex Mediceo eo tempore, cum Coluccius lectiones adiecerit, a. 1408 a Poggio descriptum eumque codicem parentem esse reliquorum codicum, qui ex M pendeant.* Adferimus vero ex illo codice Berolinensi, quem Schmidtius H, nos Ber. appellamus, has lectiones:

I 16, 5 *gladiatorio ludo* M, s, H: *ludo gladiatorio* E, N, O, P: *ludo* | *gladiatorio ludo* Ber., sed posterius *ludo* est deletum. — I 16, 8 *mea* M, H: *in ea* Ber. E, N, O, P, s. — VI 1, 25 *hoc ego* M: *haec ego* W, Ber., E, N, H (sed is *Ego haec*) O, P, s. — VI 2, 5 *inambulando domi* M: *inambulubam domi* Ber., N, O, P, s. — VII 13b, 3 (13, 7 ed. Baiter.) *quae* [*tua*] *coniectura* M: *quae* ⟨*tua*⟩ *coniectura* Ber., E, N, H, O, P, s. — VII 18, 1 *quod* M: *quoad* Ber., N, H, O, P, s. — VIII 7, 1 *XXX* [*Domitius*] M: *XXX.* ⟨*Domitius*⟩ Ber., E, O, R, s. — VIII 9, 1 *qui* M: *cui* Ber., E, O, R, s. — X 10, 4 *tuae mihi* M: *mihi tuae* Ber., O, P, R, s. — XI 15, 4 *haec ego* M: *hoc ego* Ber., O, P, R, s. — XIII 25, 3 *parcissimis* M: *partis* (vel *partes*) *in iis* (vel *in hiis* vel *in his*) Ber., E, O, R, s. — XIII 29, 2 *nil* M: *noli* Ber., O, P, R, s. — XIV 8, 2 *videbar* M: *videbare* Ber., O, R, P, s. — XV 27, 1 *prosequitur* M: *persequitur* v. c., Ber., E, O, R, s. — XVI 2, 6 *dum omittito* M: *domo mittito* Ber., E, O, R, s.

Erit igitur, qui dicat Poggium, qui Ber. scripsit, haec omnia coniectura invenisse eosque locos non probare, Ber. ex M non pendere, sed Poggium acutissimum hominem fuisse. Ne nos quidem ex tam paucis locis quicquam certius concludimus: illud effici putamus, Ber., si quidem a M pendet,

aut non ex ipso M descriptum esse aut Poggium alterum codicem in describendo compluribus locis inspexisse. Quis enim est qui credat, Poggium VI 1, 25; X 10, 4; XV 27, 1, quibus locis Ber. cum Σ consentit, coniectura usum casuque factum esse, ut ea coniectura cum Σ consentiat? 'Quod si tu, inquiet, ex eis locis nihil certi effici putas, ipse concedis, istum codicem Poggianum ex M pendere posse'. Posse concedo; neque vero nunc id agitur, quid esse possit, sed quid vel necesse vel consentaneum sit; itaque nisi quis ad eam rem probandam certas atque munitas lectiones rationesque adferet, nos quidem neque adfirmabimus, Ber. sui iuris esse, et dicemus, nos nescire, utrum sui iuris sit an ex M pendeat.

Redimus ad M^2. Plerasque lectiones M^2 in ENHORP esse diximus; illud diiudicare ausi non sumus, ex quo codice istae lectiones migrasse in M viderentur. Potuit enim fieri idque nos re vera factum esse suspicamur, ut ex compluribus codicibus viri docti, quicquid boni et veri esse iudicabant, excerperent atque in M adicerent. Non nulli tamen loci iique gravissimi mihi persuadent, ex N aliquot lectiones in M receptas esse. Ad eam rem probandam non licet uti bonis atque genuinis lectionibus, quod tales lectiones aliunde hauriri poterant; ne malis quidem lectionibus uti licet, quae quidem in compluribus codicibus sint; eae igitur lectiones adferendae sunt, quae et falsae sunt et uno in N inveniuntur:

II 4, 2 *cum . . . . . iste sacerdos Bonae deae, cuius modi futurus sit, scierimus*(?); pro *futurus sit scierimus* v. c., ZB, M^1, O habent *futurus scius sit*; H, s *futurus sit*; P *futurus sit esse possit*; N *futurus sidus sit*; M^2 in margine '*al. scidus*'. — III 5 *si enim es Romae, iam me adsequi non potes; sin es in via, cum eris me adsecutus*; O, P, s *sin es in via*; H *si mens in via*; M^1 *semel in via*; N *seines in via*; M^2 in margine teste Hofmanno (nam Baiterus tacet) '*sin es in via, al. senies in via, ĉ senties in via*'. Quamquam in N *in* et *m* et *ni* non facile internoscuntur, tamen nos recte *seines in via* notasse atque totam lectionum discrepantiam inde ortam putamus,

quod in antiquo codice *sein* pro *sin* scriptum erat. VI 3, 6 *multa et dixit et fecit cum quadam mea contumelia, P. Clodii canis*; W, M[1], E, H, O *P. clodii* (vel *clodi*) *canis*; P *p. Clodii causis*; N, M[2] *p. clodicanus*. — VII 2, 3 *Q. Ciceroni obsisti potuit, quo minus Thyamim videret*; M[1] *thyamim*, O[1] *thramim*, O[2] *thyanum*, P *tarminii*, N, M[2] denique *tranium*. — V 4, 2 *curandus autem hactenus, ne quid ad senatum*; O, P, M[1] *ne quid*, N, M[2] *ut quid*. — V 12, 2 *nam id vel Helonius, vir gravissimus, potest efficere*; O[1], P, M[1] *vel helonius*, O[2] *vel helenius*, N, M[1] *vehelonius*.

Ne credam, istas lectiones ex M in N migrasse, et indoles codicis N suadet, quem qui scripsit lectionem III 5 *seines* non recepisset, et studium eorum qui M correxerunt movet: nam illi homines id agebant, ut, ubicumque novam lectionem inveniebant, in M adicerent; atque nisi aut Hofmannus aut nos erramus, ipsa ista lectio III 5 probare videtur, M[2] non nullas lectiones ex N accepisse; nam si nos recte coniecimus, *sein* pro *sin* in antiquo codice scriptum fuisse, N *seines* religiose scripsit, *senies* levi errore ex N in M translatum est. Denique non ex *II* = N + H, sed ex N vel eius gemello tales lectiones haustas esse VI 3, 6 probat, quo loco H veram lectionem servavit, N falsam lectionem habet.

Contra H, ut est a docto quodam homine coniciendique cupido scriptus, re vera non nullas lectiones ex *A* vel ex M videtur hausisse. — III 15, 3 *Ceteros quod purgas, debent mihi probati esse, tibi si sunt*; codices Lambini, v. c., codices Bosii, E, N, O, P *probati esse*; M[1], H *purgati esse*: M[2] in margine *probati*. Consensio codicum Lambini et Bosii et v. c. cum E, N, O, P facit, ut *probati esse* in X fuisse iudicemus; cf. infra p. 195. — III 23, 1 *velim pro tuo in me amore hanc inanem meam diligentiam*; M teste Hofmanno ex corr. et H *in me amore*; M[1] correxisse videtur ex *immemore*; contra *in me more* O[2], *in me merore* P; N ipse, quocum codice H consentire solet, *in me more* habet; itaque H veram lectionem ex *A* vel ex M sumpsisse conicimus. — III 7, 3 *quae, quamquam exigua sunt, tamen, quoniam placet, exspectemus*; M, H *quamquam*, E, N, O[2], P *quam*;

itaque *quam* nos in Σ fuisse, *quamquam* in H ex Δ vel ex M profectum esse putamus.

Quoniam ea, quae de Σ et Δ vel certa vel veri similia videntur esse, exposuimus, nunc iam

de codice Veronensi Petrarchaeque apographo

pauca loquemur; quamquam de ipso codice Veronensi nihil dicere audemus, quod qualis fuerit nos nescimus. Et tamen is codex Veronensis, dum M ex eo ab ipso Petrarcha descriptum esse docti homines crediderunt, multas turbas in epistulis ad Atticum recensendis effecit; nam philologi iique acutissimi homines quasi superstitione quadam capti ob unam causam, quod Mediceus prognatus esset ex codice Veronensi isque codex a Petrarcha repertus esset, tantam codici M auctoritatem tribuerunt, ut existimare viderentur eum codicem, quem Petrarcha invenisset, ea ipsa re, quod a Petrarcha inventus esset, omnium optimum iudicandum esse. Est quasi quis concludat 'Terrae iste filius nummum invenit: aereus fuit; C. Iulius Caesar nummum invenit: aureus fuit'. Neque enim Petrarcha, cum illum codicem invenit, id animo agebat ut optimum codicem inveniret, neque is codex, quem Petrarcha invenit, eo ipso tempore, quo inventus est a Petrarcha, meliores lectiones deorum vi ac numine accepit. Quanta vero auctoritas Mediceo ob unam causam, quod ex Veronensi codice profectus esse videbatur, tributa sit, his locis intellegitur. — I 14, 3 *Proximus Pompeio sedebam* M; *Proxime Pompeium sedebam*] 'Sic restitui ex Diomede. Quin sic habet et codex Turnesianus: sed correctoris, seu potius corruptoris manus locum inquinavit, et depravavit' Lambinus[2]; *proxime Pompeium* L(mgo), ZB. Est quod Bosio diffidendum sit, neque vero est quod Lambinum mentiri credamus; itaque certum est, in Turnesiano *proxime Pompeium* fuisse. Diomedes vero art. gramm. lib. I p. 410 ed. Keil. haec habet: 'prope, *prope me est,* ut dicit Cicero in Pisonem dixit item *proximus Pompeium sedebam* sed et dativo casui idem Cicero dixit ad Atticum *propius grammatico accessi'*. Claudicare haec omnia

facile apparet neque dubitari potest, quin emendatione opus sit: illud quaerendum erat, quo modo verba emendanda essent atque unde ei, qui emendaturus erat, initium capiendum esset. De *proxime* nihil dico; illud apparet, cum in Turnesiano *Pompeium* fuisse et Bosius et Lambinus testes sint cumque idem accusativus apud Diomedem inveniatur, vocabulum *Pompeium* non esse temptandum. Tamen tanta fuit verecundia codicis Medicei, ut Keilius vir sagacissimus contempta Diomedis cum Turnesiano consensione Diomedis verba ad normam Medicei emendanda esse crederet. — VI 1, 25 *Hic Vedius venit mihi obviam cum duobus essedis*; ita M, qui codex tum medio XIV. saeculo scriptus esse putabatur; at W, qui XI. vel XII. saeculo scriptus est, *mihi obviam venit*. Quid ergo? Utri codici parendum esse videtur? Nam neque ratio neque linguae Latinae peritia facit, ut alteri lectioni alteram anteferamus. Tamen philologi Mediceo paruerunt, W reiecerunt, cuius lectionem et hic et aliis locis rectam esse nunc Σ probat: atqui numquam debuit dubium esse, in talibus rebus W maiorem habere auctoritatem quam M.

Cum nunc constet M ab ipso Petrarcha non esse scriptum, mirabile videtur, tantam umquam Mediceo auctoritatem tributam esse. Quamquam erit qui M, etsi ipse eum Petr. non exaraverit, tamen e codice Veronensi vel potius ex eo apographo, quod ipse Petr. confecit*), profectum esse contendat. Quem si rogabimus, cur ita contendat, nihil esse respondebit, cur M ex Petrarchae apographo prognatum esse negemus: quasi vero necesse sit, omnibus iis rebus fidem habere, quibus cur fidem non habeamus nihil est causae; puerilis est iudicii, ita concludere 'A esse = B ego contendo; cur ita contendam, nihil habeo; et tamen ne tu quidem habes, cur neges; ergo A = B est'. At erit, qui dicat: 'Unum Petrarcham epistulas ad Atticum repperisse notum est; cum enim discessimus ab isto exemplari Pistoriensi, alterum earum epistularum in Italia exemplar post Petrarcham inventum esse

---

*) Cf. Viertelii lib., quem supra p. 4 attulimus, p. 12.

non accepimus; itaque consentaneum est, M ex Petrarchae apographo esse profectum'. Non est consentaneum, quod tota ista conclusio claudicat. Illi enim humanistae, qui appellantur, novos ignotosque libros sectabantur scriptoresque incognitos e tenebris in lucem vocare studebant: novos codices eorum librorum, qui iam in lucem vocati erant, multo minus illis quidem temporibus*) curabant. Itaque fac, aliquem doctum virum paulo post a. 1352 alterum earum epistularum exemplar invenisse: facile potuit fieri, ut is qui invenerat taceret, facile etiam, ut si cui se invenisse scripserat ea res oblivione obrueretur. — 'Quid igitur agendum est? Quo modo quibusve rationibus de re tam gravi tamque difficili indicari posse putas?' Scilicet eodem modo iisdemque rationibus, quibus totam nos rem tractavimus: lectiones nos attulimus, ut appareret, quantum esset discrimen inter CWZ et NHEORPMs; lectionibus usi sumus, ut probaremus, quantum NHEORP a Ms distarent; item lectionibus a Petr. ex apographo, non ex codice Veronensi**) allatis efficere studebimus, qui stemmatis locus apographo tribuendus sit. Qua ratione si ii qui epistulas ad Atticum edendas curarunt usi essent, iam pridem intellectum esset, quantum M ab apographo Petrarchae distaret, et superstitiosa ista verecundia codicis Medicei evanuisset.

Nos ipsi, cum tempus deficeret, Petrarchae opera non perlegimus ad tales lectiones investigandas; itaque iis locis utimur, quos Viertelius inde a p. 28 congessit. Illud quoque admonemus, ex iis locis quos Petrarcha strictim tangit neque ad verbum citat, sed quasi ornamenti loco ad suam orationem illustrandam ponit, nihil concludi posse. Erret igitur qui ex his verbis Petrarchae (cf. Viertel. p. 30) 'et quod apud Ciceronem legimus: *nullus fortis est locus, in quem*

*) De posterioribus temporibus, quibus Florentini humanistae vigebant, nos non agimus.

**) Quoniam ignoramus, et quanta diligentia Petr. in codice describendo usus sit et quot locis ea, quae in cod. Veronensi invenit, emendaverit, de isto cod. Veronensi non disputamus; non numquam enim fit, ut nihil scire certissima sit scientia.

onustus auro asellus non possit ascendere' codicem a Petr. scriptum ita habuisse coniciat; nam Ciceronis genus dicendi non admittit *fortem locum* pro *castello* neque *onustus auro asellus* codices I 16, 12 habent. Itemque erret qui ex eis quae Petrarcha in epistula quadam (Viertel. p. 34) scribit: 'Unum praetermisisse dicar ab iis, qui, ut in epistola quadam ait Julius Caesar, *tibi et mihi fuerant inimicissimi* . . .' concludat, [*semper*] *fuerant* pro ⟨*semper*⟩ *fuerunt* in Petrarchae codice fuisse; nam in historia Julii Caesaris Petrarcha totam epistulam IX 7c adfert atque ⟨*semper*⟩ *fuerunt* scribit. Multo certiora atque firmiora ea sunt, quae Petrarcha in historia Julii Caesaris ponit; nam cum in cap. XX complures epistulas easque totas vel magnam partem adferat, ex iis lectionibus, quibus Petrarcha utitur, facilius constitui potest, quale eius apographon fuerit. Editionibus utimur a Schneidero a. 1827 et a Razzolinio a. 1879 curatis: posterior editio lectiones codicum non adfert, habet vero versionem vulgari Italorum sermone exeunte XIV. saeculo factam.

Is, cui paucae lectiones praesto sunt ad aliquam rem demonstrandam, rectissime rem ita aget, ut istas paucas lectiones in bonas et malas et medias neutralesve — barbaro enim verbo uti non numquam licet — discribat. Itaque nos, cum non multis locis uti liceat, primum neutrales vel medias lectiones*) adferemus, i. e. tales lectiones, in quibus eligendis aestimandisque neque iudicium neque peritia linguae Latinae valet:

VIII 11, 1—3 a Petrarcha adferuntur in vita Caesaris cap. XX § 23 (p. 456 squ. ed. Razz.). § 2 *gentes feras in Italiam armatas adducere* Petr., E, O, R: *gentes feras armatas in Italiam adducere* M — IX 7c, 2 (Caes. c. XX § 43; p. 478 ed. Razz.) *Iam duo praefecti partium Pompei* Petr., E^2 (nam E^1 *praefectum deprehendi . . . . fabrum Pompei* omisit), O, R; contra *praefectum fabrum Pompei* M; versio italica: *Già due prefetti della parte di Pompeo.* Utraque lectio genuina esse

*) Eae lectiones, quas dubias esse nos ex Schneideri et Razzolinii editionibus intellegimus, omittuntur.

potest: nam *partes Pompei* neque a Ciceronis neque a Caesaris genere dicendi abhorret: utra vero vera sit, nemo diiudicare poterit nisi is qui constituerit, utrum summum imperium unus Pompeius tenuerit an consilio quodam, cui Pompeius praeerat, bellum a Pompeianis gestum sit: si imperium penes unum Pompeium fuit, *praefecti fabrum* melius est; si vero optimates istud bellum communi consilio gesserunt, *praefecti partium* nos pluris aestimamus; nam N. Magium praefectum fabrum Pompei fuisse ex Caes. bell. civ. I 24, 4 apparet: contra alter praefectus, L. Vibullius Rufus, etsi Caes. bell. civ. III 10, 1 eum *Pompei praefectum* appellat, cum Domitio Corfinii captus est neque ullo loco *praefectus fabrum* appellatur. Quod si bellum non unius Pompei, sed communi consilio ab optimatibus gestum est — id quod nos ex Pompei ad Domitium litteris effici putamus, quibus in litteris Pompeius non imperatoris sed hortatoris atque etiam precatoris oratione utitur —, N. Magius fuit praefectus fabrum Pompei, L. Vibullius Rufus eo quidem tempore praefectus Domitii.

Iis lectionibus, quas attuli, apparet Petr. cum Σ consentire, a M dissentire; venimus ad bonas lectiones; quibus nos non ita multum effici ad stemma constituendum putamus; nam paucae sunt potuitque fieri, ut Σ et M tam paucis locis interpolationes acciperent.

Bonas igitur lectiones Petrarcha adfert IX 7c, 2 (Caes. c. XX § 43; p. 478 ed. Razz.) *Scilicet meo instituto usus sum* Petr.; *scilicet in eo instituto* R; E² (nam E¹ *praefectum — Pompei* omisisse diximus) *sed meo instituto*: contra *scilicet* ⟨*et*⟩ *meo instituto* O², M, sed O² in rasura. — IX 16, 2 (Caes. c. XX § 44; p. 478 ed. Razz.) *Recte auguraris* Petr., E, O, M²: *auguraturis* R, *augurаturi* M¹. — IX 16, 2 (Caes. c. XX § 44; p. 480 ed. Razz.) *discessisse dicuntur* Petr., R, M²; *dicessisse dicuntur* E: *discessisse se dicuntur* M¹, *discessisse se dicunt* O. — IX 13a, 1 (Caes. c. XX § 45; p. 480 ed. Razz.) *N. Magium* Petr. teste Schneidero*); *Nonium*

*) Ex eadem epistula Viertelius p. 37 adfert *Cn. Magium.*

Magium teste Razzolinio; *Nonio Magio* vers. it.: *Cn. Magium* O, *Cn. magnum* R, P, M[1], *Cn. magium* M[2]; eundem hominem Petr. (Caes. c. XX § 43; p. 478 ed. Razz.) in ep., quae est IX 7c, vocat *N. Magni* teste Schneidero, *Nonium Magium* teste Razzolinio (vers. italica: *Nonio Magio*): *N. magium* E, sed *ium* m[2] ex correctura; *N. magnim* R. *N. Magnum* M, *Cn. magnum* O. — IX 13a, 1 (Caes. c. XX § 45; p. 480 ed. Razz.) *Cum in spem* Petr., O[2], R, P, M[2]: *qui in spem* O[1], M[1]. — IX 14, 1 (Caes. c. XX § 46; p. 482 ed. Razz.) *ut aut illum* Petr., E, R, M[2]: *viam ut illam* O, *via* (cum arcu) *ut illum* M[1]. — IX 14, 1 (Caes. c. XX § 46; p. 482 ed. Razz.) *exitu prohibeamus* Petr. Razzolinio teste; sed versio italica: *o noi vietiamo l' uscita**): *exitum prohibeamus* cod. Schneideri, E, O, R, M. — VIII 14, 2**) Petr. ep. XVIII 8 (p. 32 Viertel.) *tanta quidem* Petr., E, R, O[1]: *tanta equidem* O[2], M. sed *e* in M erasum; *elicere* Petr., M[2]: *eligere* E, O, R, M[1]; *ut tibi assentiar* Petr., E, O[2], M[2]: *ut* omiserunt O[1], R, M[1].

Ex bonis lectionibus a Petrarcha allatis, etsi non multum ad rem diiudicandam adfertur, hoc apparet, Petrarcham plurimis locis cum E consentire. Gravissimae sunt malae lectiones a Petr. commemoratae; nam, quoniam et Petr. et Σ iisdem locis errant, quibus M veram habet lectionem, veri simile est M ex apographo Petrarchae non esse haustum.

Malas lectiones Petrarcha habet IX 16, 2 (Caes. c. XX § 44; p. 478—80 ed. Razz.) *triumpho et gaudeo* Petr., E, O, R, M[2]: *triumpho gaudeo* ZL[2], ZB, M[1], unde Lambinus recte restituit *triumpho gaudio*; hoc loco apparet, M[1] genuinam, Petrarcham interpolatam adferre lectionem. — IX 13a, 1 (Caes. c. XX § 45; p. 480 ed. Razz.) *Cornelioque* Petr., codd. Malasp., R: *cornelio* O, M, omisit inscriptionem P, deest E; eandem Petr. inscriptionem habet ad Att. IX 7c, 2 (Caes. c. XX § 43;

---

*) Itaque de hac lectione nos nihil constituimus.

**) Eodem loco Petr. ea quae antecedunt sic citat: *Anne igitur sententiam mutas*; omnes codices *Totiensne igitur*; apparet, Petr. libertate quadam in citando usum esse.

p. 478 ed. Razz.) *Cornelioque*: contra *Cornelio* E. M, *Salutem Cornelio* O, inscriptionem omisit R; ex eadem vero epistula IX 13a, 1 Viertelius p. 37 inscriptionem adfert *Cornelio Salutem*: hic utrum error eorum qui librum Petrarchae ediderunt sit necne nos diiudicare non audemus. — VI 1, 12 Petr. in epp. IV 14 hoc modo adfert (Viertel. p. 31) 'Tertium (servorum par) sic est, ut huius furor, illius torpor odiosus sit: et iuxta illud Socraticum*) a Cicerone relatum in epistolis, *alter frenis, alter calcaribus egeat*'; ad hunc locum haec adnotamus: *uti socrates dixit* N, H; *ut ysocrates dixit* P; *ut Isocrates dixit* O: *uti dixit Isocrates* M. *uti dixit socrates* s. Hoc quoque loco apparet, quam necessarii sint ad textum recensendum C et Z; nam utrum *dixit Isocrates* an *Isocrates dixit* ponendum sit, dubium esse potest, dum de alterius classis Y lectione nihil constat. Iam vide, quam facile tota res expediatur; nam *dixit Isocrates* habet A^{12}, contra c, l, L(mgo) *Isocrates dixit*; apparet igitur *ut Isocrates dixit* ex c, l, L(mgo), N, H, O, P scribendum esse, in *Ω utisocrates dixit* fuisse atque ita et *socrates* et *isocrates* in textus codicum irrepsisse. Petr. vero male *Socrates*, M recte *Isocrates* habet.

Apparet, in malis lectionibus Petr. cum Σ vel quibusdam codicibus ex Σ consentire, a M dissentire. Erit igitur, qui ita rem expediat: 'IX 16, 2 ipse Petr. coniecit *triumpho et gaudio* eaque coniectura in Σ irrepsit, M eam non recepit'. Haud male ille quidem: cum vero neutralibus quoque locis Petr. cum Σ consentiat, cumque uno loco VI 1, 12 Petr. cum N, H consentiat, nos conicimus Petrarchae codicem in Σ reponendum esse. M non esse profectum ex apographo Petrarchae.

Petrarcha ab omnibus codicibus dissentit VIII 11, 2 (Caes. c. XX § 23; p. 458 ed. Razz.) *Hoc Gneus noster, cum antea numquam, tamen in hac causa minime cogitavit*; Petr. *tamen*, E, O, R, M recte *tum*; ne Petrarchae verba in iis codicibus, qui vitam Caesaris habent, post corrupta esse putem,

*) Facile neque vero rectum est, *Isocraticum* in ipsius Petrarchae verbis conicere.

versio italica movet: *Questo nostro Pompeo non pensò punto a questa questione, benchè innanzi non avesse mai pensato*; is enim, qui haec ita vertit, *cum — tamen* legisse videtur. — X 7, 1 (Caes. c. XX § 24; p. 460 ed. Razz.) *Mea autem causa alia est, qui* (ita Razz., Schneideri cod. *qua*) *beneficio victus* Petr.; *mea causa autem* E, O, R, M; *quod beneficio* E, O² (in quo codice O¹ *quod* omisit in versuum divortio, m² *quod* addidit), R, M; *vinctus* E, O, R, M; versio italica: *La mia cagione è altrimenti fatta, che vinto dal beneficio non posso essere ingrato.* — IX 7c. 2 (Caes. c. XX § 43; p. 478 ed. Razz.) *quam illis qui et illi* Petr.: *quam his* M, *quam iis* E, O, R; vers. italica: *piuttosto amico a me, che a quegli.* — IX 16, 2 (Caes. c. XX § 44; p. 480 ed. Razz.) *ut rursus mihi* Petr., ed. Jensoniana (!); versio italica: *acciò che di nuovo mi facessono guerra*: *ut mihi rursus* E, O, R, M. — XII 29, 2 Petr. de vita solitaria (Viertel p. 32) *Nec enim in turba esse possum*: *nec enim esse in turba possum* O, M: desunt E, R, P. — XII 15 Petr. ibidem *in silvam me abstrusi*: *me in silvam* R, P, M²; *me* omiserunt O, M¹. — VII 13, 7 (13b, 3) (Caes. c. XX § 11; p. 444 ed. Razz.) *nobis videtur* Petr.: *videtur nobis* E, N, H, O, P, M.

Non nullis ex iis quos attulimus locis fieri potuit, ut ipse Petrarcha neglegentius ex Ciceronis et Caesaris epistulis verba adferret; cum vero IX 16, 2 Petrarcha cum editione Jensoniana consentiat cumque XII 15 ex O et M¹, qui codices *me* omittunt, sedem eius vocabuli incertam fuisse appareat, hoc iam loco id suspicari licet, quod infra p. 173 pluribus lectionibus demonstrare conabor, Ω, ex quo codice et Petrarchae apographon et Σ et Δ profecti sunt, dittographiis atque correcturis usum esse.

Erit qui nos reprehendat, quod de paucis locis haec disputamus. Quem nos precamur, ut plures lectiones a Petrarcha commemoratas adferat, quo certius de ea re constituere possimus. Ceterum iis ipsis quae exstant lectionibus apparet, iis interpolationibus, quibus O, R, P inquinati sunt, ut E et M ita Petrarchae quoque apographon liberum

fuisse: nam VIII 11, 2 O, R habent *An ⟨tu⟩ censes*: *An [tu] censes* Petr., E, M. IX 7, 3 *⟨illud⟩ inquies* O, R: *[illud] inquies* Petr. (Caes. c. XX § 24: p. 460 ed. Razz.), E, M.

Multo pluribus lectionibus Petrarcham cum Σ quam cum M consentire nos probavimus. Ex omnibus vero iis codicibus, quos Σ appellamus, E, ubicumque adest, proxime ad Petrarchae lectiones accedit: itaque locos eos adferimus, quibus conicimus, E arctiore quodam vinculo cum Petrarchae apographo coniunctum esse atque *Marcum* illum *de Raphanellis,* qui E scripsit, aut Petrarchae mandatu E exarasse aut quodam codice usum esse, qui Petrarchae mandatu exaratus erat:

XII 27, 3 Petr. de via solitaria (Viertel. p. 32) *Valde [enim] urbem fugio*, itaque E: *Valde ⟨enim⟩ urbem fugio* O, M; deesse R, P diximus p. 152. — X 7, 1 Petr. (Caes. c. XX § 24: p. 160 ed. Razz.) *exemploque vincit*, itaque E: *exemploque vincet* O, R, M. — Petr. (Caes. c. XXVI § 32; p. 686 ed. Razz.) 'et Marco Bruto in se irruenti Graecum fertur nescio quid breve dixisse, de quo Caesarem ipsum dicere solitum refert Cicero epistolarum ad Atticum libro X ('*della quale Tullio dice nel decimo libro delle pistole ad Attico*' versio ital.): *Magni refert quid hic velit; sed quicquid volet, valde volet.*' Inveniuntur haec ad Att. XIV 1, 2, itaque errore *libro X* scriptum esse videbitur; illud dubitari potest, utrum ipse Petr. eum errorem commiserit an ii qui vitam Caesaris a Petrarcha compositam in codicibus scripserint; re vera Caes. c. XX § 23 Schneideri codex ea quae VIII 11, 1 3 sunt libro IX attribuit; eum qui illum codicem scripsit errasse Razzolinii editio probat, in qua est *libro octavo* ('*nell' ottavo libro*' vers. ital.). Iam vero videamus E: is enim codex, id quod supra p. 22 exposuimus, non nullas epp. ex libro XII, 1. XIII, XIV, XV, XVI in unum librum eumque decimum contrahit; itaque neque Petr. neque ii qui vitam Caesaris descripserunt errasse videntur atque Petrarcham hoc quidem loco verba ex E similive eius codice excerpsisse conicimus. De ipsa lectione haec adnotamus: *volet — volet* Petr., v. c., E, O, R, M[1]: *volt — volt* ZB, M[2]: praesens tempus Plut. Brut. c. 6 reddit.

Tres sunt loci et tamen graves, quibus Petr. cum E consentit; iam E nos omnium codicum veterrimum esse iudicamus: igitur mirum non est, ex tali codice non ipsam quidem veritatem, sed quandam probabilitatem elucere. Quae cum ita sint, conicimus, Petrarchae mandatu codicem aliquem descriptum esse, in quo multa amputabantur: utrum is ipse codex E fuerit quem Marcus de Raphanellis scripsit necne, dubium est: Petrarcham vero duobus codicibus usum esse putamus, et pleno atque integro et amputato; nam ut Petr. quaedam verba citat, quae in E omissa sunt, recteque nono libro ea attribuit, quae E in octavo habet, ita tribus locis ex E vel eius parente verba videtur citare. Tota vero quaestio expedietur, ubi apparuerit, quis iste Marcus de Raphanellis fuerit, utrum Petrarchae familiaritate usus sit necne, rectene me E omnium codicum vetustissimum esse dixerim.

Ex iis quae attuli haec concludo: 1) Petrarchae apographon. cum epp. ad Atticum, ad Qu. fr., ad Br., ad Oct. habuerit, si recte p. 131 conieci, in Y = CZW epp. ad Qu. fr. et ad Br. non fuisse, in Ω ponendus est; quam opinionem ea res confirmat, quod IX 16, 2 Petr. a Z dissentit, cum E, O, R, M^2 consentit. 2) M ex apographo Petr. non videtur ortus esse, quod VI 1, 12; IX 16, 2 M veram, Petr. falsam lectionem habet; nam utrum IX 7c, 2 *praefecti partium* an *praefecti fabrum* scribendum sit, dubitari potest. 3) Apographon Petr. multo similior fuit E, O, R, P quam M; cff. VIII 11, 2; IX 7c, 2; IX 13a inscr.; eadem est coniectura in Petr. cod. atque in E, O, R, M^2 IX 16, 2. 4) Qui stemmatis locus codici a Petrarcha scripto tribuendus sit, dubium est, quod paucae sunt lectiones a Petr. allatae; ne illud quidem adfirmare audeo, quemquam eorum quibus nunc utimur codicum ex codice Petrarchae descriptum esse; sed videtur codex in Σ ponendus esse. 5) Petr. ea adfert, quae in E (VI 1, 12; IX 13a) et R, P (XII 27, 3) desunt. 6) Uno loco, IX 16, 2, Petr. cum editione Jensoniana consentit, ab omnibus codicibus dissentit. 7) Tribus locis Petr. cum E consentit, XIV 1, 2 et XII 27, 3 et X 7, 1; itaque nos in eam rem inquirendum esse iudicamus, quis

Marcus de Raphanellis fuerit. 8) Excerpta Petrarchae Coluccius in ea epistula commemorat, quam ad Pasquinum de Capellis dedit (cff. Hauptii opp. II p. 115; Hofmani lib. p. 4): '*verum compertum habeo quod in ecclesia Veronensi solebat aliud et epistolarum esse volumen, cuius, ut per aliquas epistolas inde desumptas quas habeo et per excerpta Petrarcae clarissime video, quod* (?) *inter has penitus nihil extat.*' Quae ista excerpta fuerint, dubium est; neque vero nos E significari putamus, quod is, qui nullas ad Atticum epistulas habuit, de E excerptorum nomen non usurpasset; itaque 'excerpta Petrarcae' locos a Petr. cum in aliis libris tum in vita Caesaris allatos a Coluccio appellari iudicamus. 9) In adn. crit. omnes lectiones Petr. ponendae sunt. 10) Utrum codex a Petr. repertus Ω fuerit necne, incertum est, quod ex apographo lectiones habemus, codex Veronensis qualis fuerit nescimus.

De dittographiis codicis Ω.

Certum esse iudicamus discrimen inter Σ et Δ, certum etiam inter N, H et E et O, Ant., Rav., et R, P, F. Non paucis vero locis maxima lectionum confusio invenitur, ita ut E vel O vel N, H cum M consentiat, a reliquis codicibus classis Σ dissentiat; ipsius denique Petrarchae lectiones ab omnibus codicibus dissentire p. 170 exposuimus, uno etiam loco Petr. cum Jensoniana ed. consentire, a codicibus omnibus discrepare ibidem invenimus. Nos de omnibus talibus locis nihil certi dicere audemus atque uno quoque loco, quo modo ista confusio lectionum orta sit, exponi posse desperamus; potuit enim fieri, ut lectiones ex altera classi in alteram migrarent. Et tamen dittographias duplicesve lectiones in Ω fuisse cum aliis lectionibus suspicamur, tum quibusdam locis, quibus C W Z adsunt, concludimus; iis enim locis facillime ipsum iam Ω vacillasse apparet:

VI 3,6 *aliquid beneficii* W, N: *beneficii aliquid* H, O, P, M, s: *beneficii* [*aliquid*] E; consensio unius codicis ex Y cum uno ex Ω probat, *aliquid beneficii* scribendum esse: quoniam vero et H, O, P cum Δ consentiunt et E *aliquid* omittit, ordinem

verborum in *Ω* incertum fuisse iudico. — II 1, 2 *scripsit*
re
C, I, N, H, s: *rescripsit* E, O, P, M, A^{12}, c; *scripsit* nos in *Ω* fuisse putamus. — III 14, 2 *veni* v. c., ZB, H, P: *ii* E, O^2, M, s: *ivi* N; quid O^1 habuerit, incertum est, sed est *ii* in rasura trium vel quattuor litterarum: nos *veni* ponendum esse iudicamus, ipsam inter E, N, M, s et H, P discrepantiam archetypo *Ω* tribuimus. — IV 4b, 1 [*bibliothecam*] Ant., I, H, O, P; '*bibliothecam* secutus librorum veterum auctoritatem deleri iussi' Lambinus^2: ⟨*bibliotheca*⟩ M; ⟨*bibliothecam*⟩ N, s; nos et *bibliothecam* delendum esse censemus et, quod N cum M, s consentit, vocabulum iam in *Ω* adscriptum fuisse putamus. — V 21, 7 *erogabitur* v. c., Ant., O, P: *errogabitur* N; *rogabitur* H: *erogabatur* M, s: *errogabatur* E: utramque nos formam in *Ω* fuisse opinamur. — VI 1, 23 ⟨*in*⟩ *quibus* W, I, L(mgo), Ant.,
in
F, O, P: [*in*] *quibus* N, M, s; *quibus* in *Ω* fuisse conspiratio cod. N cum M, s probare videtur. — VI 4, 1 *reliquos* W, P: *aliquos* N, H, O, M, s; et *reliquos* et *aliquos Ω* habuisse suspicamur. — VII 1, 4 ⟨*illa ultima*⟩ C: ⟨*illa ultum*⟩ E, P; ⟨*illa ultum*⟩ R; ⟨*illa ultir ultum*⟩ r, i. e. alterum eius epistulae exemplar in R (*ultir*, cuius ultima littera non est *r*, sed prima hasta litterae *m*, expunctum): [*illa ultima*] N, H, O, M, s, A^{12}, c; quoniam et *illa ultima* necessaria est lectio et R duas lectiones habet, in ipso *Ω illa ultum* expunctum et *illa ultim* vel similia superscripta aut in margine adscripta fuisse putamus. — VII 5, 1 *Valetudine* C; *valitudine* N, P: *Invaletudine* M, A^{12}, c; ⟨*In*⟩ *valitudine* s (ab *valitudine* novus versus incipit); *In valitudine* O; *in valitudine*
in
H; in *Ω valitudine* fuisse putamus. — VII 7, 5 *qui id* C, N, H, O, P (sed P *quic id* atque *c*, i. e. prior pars litterae *d*, deletum): *quid id* M^1: *quod* E, M^2, s, A^{12}, c; ex P et E et M^1 conicimus, dubiam fuisse lectionem iam in *Ω*. — II 25, 1 *nuper scis me* c, H; *nuper sis me* N: *nuper me scis* O, P, M, s, A^{12}; in *Ω* ordinem verborum turbatum atque incertum fuisse putamus. — III 15, 5 *data* XIII c, N, H: *data* XIIII E, O, P, M, A^{12};

[*data*] XIIII s; dubius videtur fuisse numerus in *Ω*. — IV 8a, 2 *mens* C, N: *mensa* O, P, M, s, A[12], c; in *Ω mensa* fuisse opinamur. — IV 18, 2 *fers belle mehercule* c, E: *fert vellem me hercule* N: *fers vellem hercule* O[1] (ex *fers* m[2] fecit *ferre*), P: *ferre vellem hercule* M, s, A[1]: *fers belle hercule* A[2]; et *belle me* et *vellem* in *Ω* fuisse suspicor. — V 13, 3 *maximeque si quid pot.* C; *maximoque si quid potes* N: *maxime queso quid potest* P, M, s; *maxima* (e superscr.) *quaeso quid potest* O (*e* superscr.): *maxime quaeso quoad potest* (vel *potes*) A[12], c. — II 23, 1 *quam ego posse inveniri nullam post deinde* ZL[2], ZB; *quam ego posse inveniri nullam posse. Deinde* N; *quam ego* [*posse*] *inveniri* (in ultima littera *i* exaranda is qui scripsit dubius fuisse videtur, utrum *e* an *i* ponendum esset) *nullam possum. Deinde* H: *quam ego possem invenire nullam. Deinde* O, P, M, s; apparet quanto propius N + H ad similitudinem lectionis Z accedat quam O, P, M, s; istam vero dissensionem codicum ex ipso *Ω* ortam esse putamus. — VIII 11, 1 *constent consilia aut* C, R; *consten+ consilia a++* O[1]: *constitit consilium aut* P, M[2], s: *constitit consilia ut* M[1]; *constitit consilium ut* O[2]; ipse *Ω* videtur dubiam lectionem habuisse. — XII 26, 2 *vellem mecum illum* c, E, Suetonius: *mecum vellem illum* R: *vellem illum mecum* O, M (sed M[1] *meum*), s, A[12]; c + E + Suetonius omnes reliquas lectiones vincit; cum vero R proprium habeat verborum ordinem et O cum M, s consentiat, in *Ω* verborum seriem vacillasse conicimus. — XIII 20, 1 *id scire sane velim* c. L(mgo) et v. c., R, P: *sane id scire velim* O: *id sane scire velim* M, s, A[12]. — XV 4, 2 *ut ante ad te scripsi* c, O, s: *ut ad te ante scipsi* R, P, M, A[12]; c + O + s certior est lectio; cum vero s a M, et R + P ab O dissentiant, *Ω* dubiam habuisse lectionem putamus. — XV 27, 2 ⟨*tibi*⟩ *celeriter mittam* [*tibi*] c, O, R, M: ⟨*tibi*⟩ *celeriter mittam* ⟨*tibi*⟩ E, s, A[12]; utro loco *tibi* ponendum sit, c consentiens cum O, R, M docet, et tamen E + s nobis persuadent, iam in *Ω tibi* utroque loco fuisse, posteriore vero expunctum fuisse. — XVI 2, 6 *si de rebus* I, v. c. et L(mgo), ZB, Ant.,

E: *sed de rebus* O, R, M, s. — XVI 6. 3 *bella reliqua reliqui* C. v. c. et L(mgo), ZB. R. P: *reliqua bella reliqui* O: *bella [reliqua] reliqui* M. s. A^{12}. c: cum et M + s *reliqua* omittant et O *reliqua*, id quod ex consensione optimorum codicum C + Z cum R + P intellegitur, alieno loco habeat, *reliqua* in Ω incertam sedem habuisse suspicamur. — XVI 6. 1 *oporteret* c, E: *oportet et* O, R, M, s, A^{12}.

Restat ut paucis comprehendam quid certum, quid veri simile sit in stemmate, et quanta lectionibus auctoritas videatur tribuenda esse:

1) Certum est, omnes codices in duas classes Y et Ω discedere (p. 122). 2) Veri simile est, X. i. e archetypum utriusque classis, maiusculis litteris scriptum fuisse (p. 126). 3) Suspicari licet Y = CWZ, quos codices homo Romanus transalpinos nominabit, quod in Gallia aut in Germania scripti sunt, unas epistulas ad Att. habuisse (p. 131); contra Ω = ENHORPMs, qui codices in Italia scripti sunt atque ab eodem homine Romano cisalpini nominabuntur, epistulas ad Atticum, ad Qu. fr., ad Br. habent. 4) Ubi Cratander priores editiones sequitur, parum valet; itaque A^{12}, c non pluris sunt quam A^{12} (p. 54). 5) Lectiones a Crat. in margine (p. 59), in textu (p. 64), in indice Graeco (p. 81) novatae plurimi sunt: certissimae sunt, ubi cum alterius codicis lectione consentiunt. 6) Veri simillimum est, unum ex Cratandri codicibus codicem Laurisheimensem fuisse, quem Sichardus Beato dederat (p. 127). 7) Ex Z certae sunt lectiones ZL^1 et ZL^2: satis certae v. c. et ita L(mgo) vel L(mgo) et ita v. c.; paulo minus certae v. c., ZB; contra I, L(mgo), q. v. c. incertae sunt neque dignae, quibus fides habeatur, nisi cum alterius codicis lectione consentiunt (cap. V). 8) Veri simile est, Pithoeum et Turnebum codice Z usos esse (p. 85). 9) Certum est, Δ = M + s a Σ = ENHORP seiungendum esse (p. 43 et 134 et 155). 10) Certum est discrimen inter NH (p. 143) et E (p. 148) et O et RP (152); itaque erit qui dubitet, an NH alius locus in stemmate videatur tribuendus esse, atque putet, NH prius ex communi archetypo ductos esse quam discessio reliquorum codicum in

Σ et Δ facta sit. 11) Veri simile est, Ω, i. e. archetypum omnium codicum qui exstant, dittographiis usum esse (p. 173). 12) De codice Veronensi a Petrarcha reperto plane nihil constat; ne illud quidem scimus, ecquis post Petrarcham exemplar ex eo descripserit. 13) Contra ex eo apographo, quod Petrarcha confecit, tot lectiones exstant, ut veri simile sit, illud apographon in Σ cadere, M non esse ex eo ortum (p. 169). 14) Ex Mal. codicibus Ant. et F in Σ ponendi sunt, etiam Rav. ei classi tribuendus est (p. 45 et 134 et 148 et 155); Ant. et Rav. videntur cum O coniungendi esse (p. 153), F cum R + P. 15) Pleraeque lectiones M^2 in Σ inveniuntur neque vero potest constitui, unde quaeque lectio translata sit (p. 157). 16) Eae lectiones M^2, quae in Σ non inveniuntur, quanti aestimandae sint, nunc dubium est; itaque iam hoc modo res agenda est, ut illae lectiones colligantur atque inquiratur, utrum ex codicibus haustae an coniecturis ortae sint. 17) Ex Δ codex M plurimi faciendus est, quod et M^1 haud paucis locis genuinas lectiones servat et M^2 eum locum in codice tenet, ut facile prior manus a posteriore distinguatur; contra in s lectiones ita coaluerunt, ut nisi M esset diiudicari non posset, utrum quaeque lectio ex Δ an ex Σ orta esset (p. 156); s cum non liber coniecturis sit, quaecumque eius propriae lectiones sunt, coniecturarum instar habendae sunt. 18) Ex Σ codices O, R, P, Ant., F, Rav. non paucis locis (p. 148), R, P, F multis locis interpolationibus inquinati sunt (p. 152); itaque N, H, E multo pluris sunt quam O, R, P; lectiones O, R, P, ubi ab N, H, E dissentiunt neque cum Δ consentiunt, coniecturarum instar sunt. 19) Codex E est optimus atque integerrimus, etsi E, ubi aliquam partem omittit, ad commissuras oblinendas non numquam veram lectionem mutat neque a coniecturis abhorret; N non nullis locis coniecturas habet et neglegentissime est scriptus; H haud paucas coniecturas habet et complures lectiones ex Δ traxit; O aliquanto melior est quam R et P, P non nihilo etiam deterior quam R. 20) Ubi E et N et H deficiunt, de Ω constituere difficile est. 21) Suspicari licet, Ω *a* apertum et scripturam quam vocant continuam habuisse (p. 145 et 156).

In epistulis ad Brutum

idem fere atque in epp. ad Atticum stemma codicum est; cum vero Z et W desint atque C perpaucas lectiones habeat, nos de Y nihil audemus constituere, hoc dicimus, easdem rationes et codicum Σ et Δ distinguendorum et lectionum c investigandarum adhibendas esse.

1) Supra p. 63 explicavimus, plerisque locis, ubi Cratander novam lectionem in textum introduxerit, c codicis instar esse: idem in epp. ad Br. valet. — 1, 1 *magno* ⟨*meo*⟩ *quidem dolore* priores editiones: *magno* [*meo*] *quidem dolore* c, E, N (sed is*) *quidem magno*), O, P, v (= cod. ven., qui est in bibl. Marc. cl. XI n. 136, qui codex epp. ad Brutum continet, sed is *magnio*), M. — 1, 1 *hoc testimonium tibi* priores: *testimonium hoc tibi* c, E, N, O, P, v, M. — 1, 1 *ita*[*que*] *eum salvis* priores: *ita*⟨*que*⟩ *eum salvis* c, E, N, O, P, v, M. — 2, 2 *quod non prius* ⟨*tuum*⟩ priores: *quod non prius* [*tuum*] c, E, N, O, P, v, M. — 2, 3 *expertum* ⟨*esse*⟩ *vehementer gaudeo* priores: *expertum* [*esse*] *vehementer gaudeo* c, E, N, O, P, v, M. — 4, 6 *te consulem* priores: *consulem te* c, E, N, O, P, v, M. — 5, 4 *surrogasset* priores: *subrogavisset* c, omnes codd. Mal., E, N, O, P, v (sed is *surrogavavisset* et *va* expunctum), M. — 8, 1 *civis* [*maxime*] priores: *civis* ⟨*maxime*⟩ c, E, N, O, P, v, M. — 11, 1 [*et*] *pollicitus est* priores: ⟨*et*⟩ *pollicitus est* c, E, N, O, P, v, M. — 18, 2 *inclinatae* [*paene*] priores: *inclinatae* ⟨*pene*⟩ c, codd. Mal., E, P, v; N ⟨*pone*⟩, O[1] ⟨*poene*⟩, sed *o* deletum et *c* (?) superscr., *parne* M[1], *pene* M[2]. — 18, 4 [*ipsum*] *obligavi* priores: ⟨*ipsum*⟩ *obligavi* c, Ant. et alii codd. Mal., L(ngo), E, N, O, P, v, M. — 18, 6 *omnino iam tempora* priores: *omnino ipsa tempora* c, E, N, O, P, v, M.


2) Ut in epistulis ad Atticum C et c haud raro cum Σ consentiunt, a Δ dissentiunt, ita in epistulis ad Brutum C et c in Σ inveniuntur, non inveniuntur in M. — 2, 2 ⟨*et*⟩ *tuum consilium* priores, v, M: [*et*] *tuum consilium* c, l, codd. Mal.,

*) Tales discrepantias non omnibus locis soleo commemorare.

E, N, O, P. — 4, 5 *facilitatem* A^{12}, c, v, M: *felicitatem* C, E, N, O, P. — 5, 3 *qui petit* priores, v, M: *qui petet* c, E, N, O, P. — 6, 1 ⟨*et*⟩ *scripsi ad eum* priores, v, M: [*et*] *scripsi ad eum* c, E, N, O, P.

3) Non nullis locis in *Σ* et *Δ* quaedam lectionum est discrepantia; nos suspicati sumus p. 173 talibus locis dittographias in *Ω* fuisse. — 3, 1 *persuasum est enim* priores, E, N, P, v, M: *persuasum enim est* c, O. — 9, 1 *ut es tu* A^2, c, O, P: *quam es tu* N, M: *quantus es tu* A^1, C, l, L(mgo), E, v. — 16, 1 *litterarum* A^{12}, c, N, P, v, M: *literularum* C; *litterularum* O; *litterurarum* E.

Stemma codicum.



CAPUT VIII.

DE RE CRITICA AGENDA QUID EX STEMMATE EFFICIATUR.

Cum omnes codices, qui epp. ad Att. epistulas habent aut habuerunt, in duas classes Y et Ω discedant, Ω quoque in duas classes Σ et Δ divisa sit, Y denique quam lectionem habuerit non omnibus locis notum sit, quatuor condicionibus in re critica exercenda utimur.

1) Prima est condicio, ubi et Y quid habuerit constat et Y cum Ω consentit: sive vera est lectio Y + Ω sive falsa, bene res se habet; nam scimus, quid X, quem maiusculis litteris scriptum fuisse veri simile est, habuerit, emendatioque, si quidem lectio codicum cogit, certis fundamentis nititur; etsi enim textum in X non liberum erroribus fuisse et consentaneum est et ex multis lectionibus intellegitur, tamen sperare licet, plerasque corruptelas nondum esse temptatas ab aliquo homine coniciendi studioso. Quoniam vero ex W pauca folia exstant, maxime dolendum est, raro Cratandrum, Lambinum, alios iis locis, quos corruptos esse intellegebant, lectiones ex C et Z tam diligenter adferre, ut de C et Z dubitari non possit. Nam illud iterum admoneo, ex silentio Cratandri et Lambini et Bosii nihil concludi posse, ne ex talibus quidem Lambini adnotationibus: ad Att. I 19, 9 '*nam quod me affuisse scribendo vides*] sic hunc locum restitui, scripturae veteris vestigia secutus: atque ita sine dubio legendum' Lambinus[1]. Cff. supra p. 83 et 118.

2) Altera est condicio, si de Y constat et Y cum Σ aut cum Δ consentit; ita si est, lex est certissima in re critica agenda: a) *Y + Σ pluris sunt quam Δ.* b) *Y + Δ pluris sunt quam Σ.* — Ad eam legem explicandam unum locum adfero: VI 1, 25

W habet *mihi obviam venit*; idem est ordo verborum in ENHOP: contra M habet *venit mihi obviam*, s *mihi venit obviam*. Lex est: *mihi obviam venit*, id quod in W + ENHOP invenitur, pluris est quam M aut s; nam fac, eam lectionem quae in M est veram esse atque in X, qui archetypus omnium codicum fuit, *venit mihi obviam* fuisse: facile error potuit exsistere in Y et vera lectio ita corrumpi, ut *mihi obviam venit* scriberetur; facile in altera parte ex Ω potuit errari: ut vero idem error eodem loco et in Y et in altera parte ex Ω exsisteret aut omnino non potuit fieri aut tam mirabilis iste est casus, ut eandem rem pluribus locis accidisse non sit credibile. Contra fac, *mihi obviam venit* in X fuisse: tota ista codicum discrepantia quo modo acciderit plane apparet; Y enim (i. e. W) veram lectionem servavit, Ω quoque servavit, unde rectum ordinem ENHOP accepit; contra Δ titubavit, eaque titubatio etiam ex s perspicitur.

Cum vero C etiam in c et indice Graeco, Z in ZL¹, l (non nullis locis), ZL², v. c. et L(mgo), v. c. (multis locis), L(mgo) et q. v. c. (non nullis locis), ZB et Addendis Bosii (multis locis), cod. Pithoei et Turnebi (plerisque locis) contineatur, plurimae combinationes, ut mathematicorum vocabulo utar, exsistunt; ex quibus gravissimas iam adferam:

C + Z + Σ pluris sunt quam Δ; C + Z + Δ pluris sunt quam Σ.

V 21, 5 *recta**) C, ZL¹, N, H, P; ++*cta* O¹: *certa* A¹², c, M, s, O². — XIII 7, 2 *iussi* C, Z et alii fere omnes libri L¹ teste, L(mgo) et ita v. c., codd. Bosii, O, R, P: *nisi* M: *misi* A¹², c, s. — XIII 14, 2 *si quid scies* ⟨*si quid erit*⟩ *praeterea* C, v. c., ZB, E, O, R: *scies* [*si quid erit*] *praeterea* A¹², c, M, s. — XIII 20, 2 ⟨*ad Ligarianam*⟩ C, v. c. et L(mgo), ZB, O, R, P: [*ad Ligarianam*] A¹², c, M, s. — XIV 5, 1 *a balneatore* C, v. c. et L(mgo), codd. Bosii, P; *ab alneatore* O (sed *n* expunctum est); *abalneatore* R: *a baleatore* M; *ab*

*) Melior lectio priorem locum tenet; O² plerisque locis omittitur.

aleatore A^{12}, c, s. — XII 23, 3 ⟨*quam*⟩ *satis* C, ZB, O, R, P: [*quam*] *satis* A^{12}, c, M, s. — XV 26, 2 *illa quidem* C, I, v. c., ZB, Ant. et alii codd. Mal., R, P; *illa qu++em* O: *illa namque* A^{12}, c, M, s. — XVI 6, 3 *bella* ⟨*reliqua*⟩ *reliqui* C, v. c. et L(mgo), ZB, R, P; *reliqua bella reliqui* O: *bella* [*reliqua*] *reliqui* A^{12}, c, M, s.

C + Σ pluris sunt quam Δ; C + Δ pluris sunt quam Σ.

I 9, 2 *dubitaris* C, M, s: *dubites* A^{12}, c, E, N, H, O, P ('vel *dubites*' M^2, *dubitares* O^2). — I 20, 2 *civium* C, E, H, O, P: *cum* A^2, c, N, M, s: *tum* A^1. — IV 17, 4 *libere* C, Ant., N, O, P: *liber* A^{12}, c, M, s. — V 1, 3 *ille sic dies* C, E, O^1, P: *ille. Sic die* M^1; *ille sic die* N: *illo sic die* A^{12}, c, M^2, O^2, H: [*ille sic dies*] omisit s. — X 1, 4 *acerrime bellum* C, O, P; *accerime bellum* R: *bellum acerrime* M, s; *bellum acerrimum* A^{12}, c. — XI 14, 2 *genero* C, M, s (in quo *e* est superscriptum): *genere* A^{12}, c, O, R, P. — XI 20, 2 *eo protinus* C, O, R, P: *et protinus* A^{12}, c, M, s. — XII 5, 1 *et Stathio* C; *et statio* O, R, P: *testario* A^{12}, c, M, s. — XII 52, 3 *tantum* C, R; *τa+τ+m* O: *tamen* A^{12}, c, M, s. — XIII 6, 1 *Camillo* C; *camillio* O; *camilio* R, P: *eam illic* A^1, M (in quo *e* factum ex *c*), s; *iam illic* A^2, c. — XIII 20, 4 *ago scilicet* C, R, P; *ago s++lι+et* O: *agnosci licet* A^{12}, c, M, s. — XIII 33, 5 *Bruto* C, P; *b+uιo* O^1: *hyuto* M: *Hirtio* A^{12}, c, O^2; *Hyrcio* s. — XIII 38, 2 *putato* C, O, R, P: *puto* A^{12}, c, M, s. — XIII 46, 3 *a Tito* C, O; *actito* R, sed *c* expunctum; *actico* P: *Attico* A^{12}, c, M, s. — XIV 12, 2 *peramice* C, E, O, R: *amice* A^{12}, c, M, s. — XV 2, 2 *hodie* C, M: *hoc die* A^{12}, c, O, R, P, s. — XV 13, 2 *legiones* C, R, P; *leg++nes* O: *legationes* A^{12}, c, M, s.

Z + Σ pluris sunt quam Δ; Z + Δ pluris sunt quam Σ.

IV 12 ⟨*idibus*⟩ *enim* ZL^1, codd. Bosii, N, O, P: [*idibus*] *enim* M, s. — IX 10, 3 *sive periculose* ZL^1, E, O, R, id quod

Lambinus correxit: *sive periculo* M; *sine periculo* s. — XIII 3, 1 *qui si ipse negotium meum gererem,* ⟨*nihil gererem*⟩ *nisi* ZL^2, v. c. et L(mgo), ZB, R, P; *qui* $\overset{?}{s}$+ *ipse negotium meum gererem* ⟨*nihil gererem*⟩ *nisi* O: *quid ipse negotium meum gererem* [*nihil gererem*] M, s.; illud *quid? ipse* in Δ callide excogitatum est ad hiatum obtegendum. — XIII 10, 3 *Brutus si quid* ⟨*egerit*⟩ ZL^2, v. c., codd. Bosii, Ant., F, O, R; *Brutus si quid* ⟨*egeris*⟩ P: *Brutus si quid* [*egerit*] M, s. — XIII 37, 4 *posse diem differri* ZL^1, I, v. c. et L(mgo); *possem diem differri* R, P; *possem diem differre* O^1: *posse in diem diem differri* M, s; *possem in diem diem differri* O^2; c quoque *differri*, cum A$^{1\,2}$ *differre* habeant. — XV 3, 1 *accepi* ⟨*nati*⟩ ZL^2, v. c., ZB, O, R; *accepi* ⟨*nacti*⟩ P: *accepi* [*nati*] M, s; *accepi* ⟨*in Arpi*⟩*nati* Lambinus restituit in post. ed.

W + Σ pluris sunt quam Δ; W + Δ pluris sunt quam Σ.

VI 1, 23 *qui sit eius status* W, O, P; *quis sit eius status* N: *quis sit status eius* M, s. — VI 1, 23 ⟨*in*⟩ *quibus* W, I, L(mgo), Ant., F, O, P: [*in*] *quibus* N, M, s. — VI 1, 25 *haec ego* W, E, N, O, P, s; *Ego haec* H: *hoc ego* M. — VI 1, 25 *mihi obviam venit* W, E, N, H, O, P: *venit mihi obviam* M; *mihi venit obviam* s. — VI 1, 23 *centenos* W, Ant., O, P: *centenas* N, H, M, s. — VI 3, 6 *aliquid beneficii* W, N: *beneficii aliquid* H, O, P, M, s: [*aliquid*] *beneficii* E; nos primam lectionem veram existimamus, quod *aliquid* in E omissum probat, ordinem verborum in Ω incertum fuisse; cf. supra p. 173. — VI 3, 7 *solus ames* W, E, N, H, O, P: *solum ames* M, s. — VI 3, 8 *idem illud* W, N, H, O, P: *illud idem* M, s. — X 11, 1 *qua* [*in*] *desperatione* W Schepssio teste, E, O, R: *qua* ⟨*in*⟩ *desperatione* M, s. — XI 23, 1 *aliter* ⟨*est*⟩ *et oporte* W, O, R, P: *aliter* [*est*] *et oportet* M, s.

c + Z + Σ pluris sunt quam Δ; c + Z + Δ pluris sunt quam Σ.

VIII 6, 2 *operam* ⟨*ut*⟩ *quam* c, L(mgo), O, R, P: *operam* [*ut*] *quam* A$^{1\,2}$, M, s. — IX 11, 4 ⟨*et Mesopotamiam*⟩ *cogitare* c;

⟨*et μεσοποταμίαν*⟩ *cogitare* v. c. et L(mgo), codd. Bosii: ⟨*et ΜΕϹΟΠΟΤΑΜΗΑΝ.*⟩ *cogitare* P; ⟨*et*⟩ *cogitare* O, sed post *et* vacuum spatium 18 fere litterarum: [*et μεσοποταμίαν*] *cogitare* A^{12}, M, s, R. — XII 12, 1 ⟨*sed vereor ne minorem τιμὴν*⟩ c, l, v. c. et L(mgo), F, Ant. (sed is omisit *τιμὴν* vacuo spatio relicto), P; ⟨*sed vereor ne minorem. ΤΕΙΜΝΝ.*⟩ R; ⟨*sed ++reor ne minorem*⟩ O omisso *τιμὴν* et vacuo spatio post *minorem* relicto: [*sed vereor ne minorem τιμὴν*] A^{12}, M, s. — XII 13, 1 *ille* ⟨*idem*⟩ *urget* c, v. c. et L(mgo), codd. Bosii, O, R, P: *ille* [*idem*] *urget* A^{12}, M, s. — XII 43, 2 ⟨*sed*⟩ *si ista* c, v. c., O, R, P: [*sed*] *si ista* A^{12}, M, s. — XIII 20, 1 *id scire sane velim* c, L(mgo) et v. c., R, P; *sane id scire velim* O: *id sane scire velim* A^{12}, M, s. — XIII 21, 1 *alia malo* c, v. c., O, R, P: *alias malo* A^{12}, M, s. — XIII 23, 1 ⟨*in*⟩ *quo maxime* c, l, v. c. et L(mgo), libri Malaspinae, O, R, P: [*in*] *quo maxime* A^{12}, M, s. — XIII 25, 3 *non esse intelliges* c, codd. Bosii, E, O, R: *intelliges non esse* A^{12}, M, s. — XIII 27, 1 *De epistola ad* c, v. c. et L(mgo), codd. Bosii; *De epistolā* O, sed ¯ utrum m^1 an m^2 addiderit dubium est: *Epistolam ad* A^{12}, M, s, R, P. — XIII 33, 4 *ceciditque* c, codd. Bosii; *cecidit que* O; *cecidique* P: *cecidi* M, s; *cecidit* A^{12}. — XIII 48, 2 *legisse* ⟨*me*⟩ c, l, v. c. et L(mgo), Ant., F, O, R, P: *legisse* [*me*] A^{12}, M, s.

c + Σ pluris sunt quam Δ; c + Δ pluris sunt quam Σ.

I 2, 1 *quos voluimus* c, M, s, H: *quos volumus* A^{12}, E, N, O, R. — I 16, 2 *ut* [*id*] *ita* c, M, s, H: *ut* ⟨*id*⟩ *ita* A^{12}, E, N, P; *ut ita* ⟨*id*⟩ O. — V 4, 2 *ad eam* c, N, H O, P: *ad illam* A^{12}, M, s. — V 14, 1 *Interea tamen* c, N, O, P: *Tamen interea* A^{12}, M, s. — VI 1, 11 *nec enim ego* c, L(mgo), M, s, N: *nec ego enim* H, O, P: *nec* [*enim*] *ego* A^{12}. — XII 5, 2 *noscenda* ⟨*autem*⟩ c, O, R, P: *noscenda* [*autem*] A^{12}, M, s. — XII 6, 3 *tuis libris* c, E, O, R: *libris tuis* A^{12}, M, s. — XII 6, 4 *erat* ⟨*et εὔπινὲς*⟩ c, R; *erat* ⟨*et*⟩ *Gr̄.* E: *erat* [*et*] *εὔπινὲς* M; *erat* [*et εὔπινὲς*] A^{12}, s; *erat* *Ἐυπινὲς* O, sed *Ἐυπινὲς* m^2

insertum atque *'E* loco unius erasae litterae. — XII 12, 2 *scribam* c, O, R, P: *perscribam* A^{12}, M, s. — XII 16 *nihil adhuc* c, O, R, P: *adhuc nihil* A^{12}, M, s.

Reliquas combinationes, ut ita dicam, omitto, quod ex iis quae attuli, quo modo rem criticam agendam esse censeam, satis apparet: illud tamen ex istis combinationibus concludo, recte me stemma constituisse: quod si falsum esset, complures loci invenirentur, quibus totae nostrae rationes convellerentur.

Redimus ad ea quae inde a p. 157 disputavimus paucaque iterum dicemus

de M^2;

neque enim prius eam rem tractare poteramus, quam et ipsum stemma constitutum esset et qua ratione stemma adhibendum esset exposuissemus. Recte nos si diximus, W vel C vel Z + Σ pluris esse quam Δ, contra W (C, Z) + Δ pluris esse quam Σ, illud quoque recte dicemus, ubicumque W (C, Z) cum Σ consentiat, Δ aut errare aut coniecturis uti, ubicumque W (C, Z) cum Δ consentiat, Σ errare aut coniecturis uti. Re vera non nullis locis, quos inde a p. 181 attulimus, aut Δ aut Σ consilio textum temptavit; cf. ea quae diximus de XIII 3, 1 p. 183. Haec si recte exposuimus, facile de his locis constitui potest: II 19, 2 *tam peraeque omnibus generibus*; C *peraeque*, ZL^2 *peraequi, de reque* M^1, *de re quae* H: contra *denique* E, N, O^2, P, M^2, s, codd. Mal. Quoniam stemma constitutum est, *denique* coniecturam esse apparet; et tamen, nisi C et ZL^2 adessent, dubitari posset, utrum lectio *de reque* M^1 et H genuina esset an ex *denique* corrupta esset; nam *denique* hoc loco ferri potest. — III 15, 4 *aut occubuissem honeste aut victores hodie viveremus*; abest *aut occubuissem honeste* a ZL^2, N, O, P, M^1, s; solus habet M^2: itaque *aut occubuissem honeste* mera coniectura est. — IV 2, 4 *vix tamen tibi de mea voluntate concessum est*; v. c., N, P, M^1 *tibi*; O^2, M^2, s *sibi*. Madvigius ex *sibi* facili coniectura *sivi* effecit; neque nos veram sententiam ea coniectura restitui credimus neque recte Madvigium a *sibi* in coniciendo profectum esse putamus, quod v. c.,

N, P, M¹ persuadent, *tibi* in archetypo fuisse. — VI 1, 18 *fratostenes* W, M; *fractosenes* N, *fastos tenes* P: *eratostenes* M² in margine, O², s; ex codice X, quem maiusculis litteris scriptum fuisse p. 126 coniecimus, error ortus est, quod *F* pro *E* scriptum erat: itaque *eratostenes* recta coniectura est et tamen coniectura. — VI 1, 18 *censorem* ⟨*non*⟩ *fuisse* W, C, N, O², M¹, s: *censorem* [*non*] *fuisse* O¹, P, M² est coniectura. — VI 1, 21 W et M pro *De M.* habent *dem*, itaque in X fuit: *de M. Octavio* N, O (*in* supra *de* scripsit m²), P, s; *Deinde Octavio* H. Lectio N, O, P, s vera est et tamen coniciendo inventa. — VI 3, 5 *amicos habet meras nugas*, *Matinium*, *Scaptium*; C, W, O, M¹ *Manium Scaptium*, P *m annium scaptium*, N *mateium scaptium*: *M. Scaptium* M², s coniectura est et quidem falsa; veram lectionem Corradus restituit. — VI 3, 5 *exaret* W, O¹, M¹: *vexaret* N, O², P, M², s; recta est coniectura *vexaret* et tamen coniectura. — VII 12, 3 *tamne nullo consilio*; ZL², H, M¹ *tamne nullo*: E, O, P, M², s *tam nullo*; in M *ne* est deletum, et tamen consensio ZL² cum H, M¹ persuadet, *tamne* in X fuisse, *tam* esse coniecturam. — XI 4, 2 *faciendum si ut* W, O¹, R, M: *faciendum sit ut* O², P, s; *sit ut* recte est inventum et tamen mera coniectura. — XI 5, 1 *impetum agis* W, O, R, M¹: *impetu magis* P, M², s recta est coniectura. — XI 5, 3 *tanto in vallo* W, O, M¹: *tanto intervallo* R, P, M², s coniectura. — XI 5, 3 *des. sed equa* W, *des sede quam* M¹: *deesse quam* R, P, *deesse de qua* O, M², s; quid fuerit in archetypo, ex W, M¹ apparet; quo modo locus temptatus sit, ex R et P perspicuum est. — XI 6, 1 *mihi huic quam* W, O, M¹: *mihi quicquam* R, P, M², s; *quicquam* rectum est et tamen coniectura repertum. — XI 6, 2 *cupias minus* W, O¹, M¹: *cupias minui* O², R, P, M², s; facilis erat illa coniectura. — XI 6, 2 *cogitatum est* scribendum apparet: W, M¹ *cogitatum si*, unde O, R, P, M², s habent *cogitatum sensi*. — XI 7, 7 *adiutum W*; cum *Ω* ex Y describeretur, is qui scripsit *T* pro *I* legit itaque O, R, P, M¹ *ad tutum* habent: *actutum* M², *acturum* s; utraque vox coniectura est. — XI 8, 1 *et* [*per*] *litteras* W, O, M¹: *et* ⟨*per*⟩ *litteras*

E, R, M², s; veterem esse coniecturam *per litteras* inde apparet, quod iam in E est. — XI 8, 2 *id me id est* W, O, M: *id mihi deest* P, *id mei deest* R; *in me id* s coniectura est. — XI 9, 1 utrum *constitueram* an *statueram* an aliud vocabulum reponendum sit, dubitari potest; hoc constat ex W et O¹ et M¹, *sit veram* fuisse in archetypo, *sciveram,* id quod E, O², R, M², s habent, veterem coniecturam esse. — XI 10, 1 *accedit* W, E, O², R, M¹, s: *accidit* M² coniectura est; O¹ *excedit.* — XI 10, 1 *Quintum filium* recte W (?); E, R, M¹ *Q. F.*: contra coniecit O *Q. fratre,* M² et s *Q. fratrem.* — XI 10, 2 *rogo ut ne* W, *rogo ut* [*ne*] E, O, R, M¹: *rogo ne* M², s; hanc coniecturam ex M² et s Baiterus recepit, recte vero Wesenbergius *ut ne* ex W in textu reposuit. — XI 22, 2 in X fuisse *negatus quam* W, O, R, M¹ probant; coniecit M², s *negat usquam*, recta est coniectura in P *negant usquam.* — XII 14, 3 [*ad*] *omniaque nitor* ZL², v. c. et L(mgo), codd. Bosii (?), E, O, R, s: ⟨*ad*⟩ *omniaque nitor* M, sed *ad* expunctum; nos conicimus *sed relaxor tamen omniaque* ⟨*facio atque*⟩ *nitor.*

Eo igitur, quem exposui, modo utrum M² coniectura sit necne, intellegi posse putamus. Sed iam erit, qui dicat: 'At tu, homo imprudentissime, ipse te irretisti. Nam complures tu locos attulisti, quibus M² coniecturam esse dicis, eademque coniectura eodem loco in R et P invenitur; itaque vide, ne XI 5, 1 et XI 5, 3 et XI 6, 1 et XI 6, 2 id ipsum probent, quod tu negasti, R et P ex M esse descriptos.' Cur tandem? 'Quia R et P recentiores quam M esse ipse dixisti.' Recte illud quidem; neque vero id agitur, quo tempore R et quo tempore P scriptus sit, sed quo tempore ζ, id est parens eorum codicum, scriptus sit; nam in utroque codice eaedem coniecturae esse solent. Cum vero neque nos neque quisquam sciat, quo tempore ζ scriptus fuerit, illa quidem ratio nihil valet. Accedit, quod iam in E, quem codicem omnium veterrimum putamus, eaedem coniecturae reperiuntur; cff. II 19, 2 et VII, 12, 3 et XI 8, 1 et XI 9, 1. Fac, eo tempore, quo Marcus de Raphanellis E scripsit, archetypum Σ plenum neque amputatum fuisse: facile poterat fieri, ut eaedem coniecturae et ex Σ in

EORP et ex aliquo codice in M reciperentur. Itaque haec omnia nescimus: quis*) illas coniecturas excogitaverit, qui codex eas primus habuerit, ex quo codice in M irrepserint; hoc nos et dicimus et contendimus, omnes eas quas attulimus lectiones coniectura esse repertas.

Alteram denique rationem de lectionibus M^2 constituendis adferimus: nam et X 9a et XIV 17a non modo in epistulis ad Atticum, sed etiam in epistulis ad familiares sunt. Iam is codex, qui eas epistulas habet, IX. vel X. saeculo scriptus esse putatur, contra M^1 a. fere 1392 scriptum esse constat. Quod si Σ et M cum isto vetusto codice comparantur, eodem modo apparet et quae lectiones M^2 et quae lectiones codicum Σ coniectura inventae sint.

Sed et hanc rem et non nulla alia alio loco exponemus: hoc ex iis quas attulimus lectionibus apparet, ubicumque WCZ desint, multis locis dubitari posse, utrum meliores aut etiam rectae lectiones coniectura repertae sint necne.

3) Dubia res est, ubi tertia condicio accidit, i. e. ubi et Y quid habuerit constat et Y ab Ω dissentit; nam etsi nos opinamur Y meliorem fuisse quam Ω atque eam opinionem loci quos inde a p. 122 attulimus probant, tamen, quod Crat. ex C et Lambinus ex Z malas lectiones adferre non solent, hoc modo agemus: a) In bonis et malis lectionibus unum iudicium valebit; multis autem locis iudicium efficit, ut Y sequamur, Ω reiciamus. b) In mediis neutralibusve lectionibus, quae ut nunc est raro accidunt, cum iudicium nihil valeat, Ω in textum recipiemus, CWZ**) in adnotatione ponemus. Quod cum faciemus, iniuria accusabimur, quod supra p. 164 diximus, W pluris esse faciendum quam M, atque editores harum epp. reprehendimus; nam illi homines docti uno Mediceo usi sunt, qui codex tum a. fere 1350

*) Nos conicimus, ipsum Petrarcham multas coniecturas excogitasse; quae coniecturae cum ex apographo Petr. in M receptae essent, accidisse, ut M ab ipso Petr. exaratus esse putaretur.

**) Quamquam quanto pluris sint C + W aut W + Z aut C + Z quam unus C unus W unus Z satis apparet.

scriptus esse iudicabatur, nos Ω habemus, quem codicem nos suspicamur et *a* apertum (p. 146) et scripturam continuam (p. 156) habuisse.

4) Quarta denique est condicio, ubi Y quam lectionem habuerit non constat, id quod plurimis locis accidit; nam ex silentio Cratandri, Lambini, Bosii, aliorum nihil posse concludi saepe et diximus et probavimus. Id si ita est, nobis quidem persuasum est, fundamenta rei criticae in his epistulis plane infirma esse; nam quoniam ex iis locis, quos inde a p. 122 attulimus, perspicuum est plurimis locis Ω mendosum fuisse eundemque codicem dittographiis usum fuisse veri simile est (cf. supra p. 173), multis locis et recensio textus et emendatio difficillima est, quod dubitari potest, an ipse Ω coniecturas vel correcturas habuerit; multis etiam locis et recensio et emendatio plane desperanda est, quod quae lectio in Ω fuerit omnino non constat. Erit igitur qui dicat: 'Quin tu eadem ratione, quam supra p. 180 adhibuisti, ad textum recensendum hanc formulam constituis $M^2 + \Sigma$ sunt pluris quam Δ? Nam cum altera pars ex Δ cum Σ consentit, nihil potest esse dubium de Ω'. Erret, qui hanc rationem sequatur; cum enim lectiones M^2 plerisque locis ex Σ in Δ translatae esse videantur, nihilo pluris sunt $M^2 + \Sigma$ quam unus Σ. Quae res cum ita sit, nos sic agemus: a) In gravibus lectionibus, quae quidem iudicio ponderari possunt, unum iudicium valebit. b) In mediis lectionibus consensum ENHOP vel EOR pluris aestimamus quam Δ, quod paulo saepius ii codices cum Y consentiunt quam Δ; ubicumque ENH cum Δ consentiunt, ORP reiciendi sunt; ubicumque vero ENH desunt, res tam dubia est, ut nos quidem utra sit vera lectio diiudicare non audeamus. c) Ubicumque emendatione opus est, videndum esse iudico, num M^1 non dico meliorem sed genuinam lectionem habeat; nam ea quae inde a p. 185 attulimus probant, haud raro Σ talibus locis meliorem lectionem habere et tamen coniectura inventam; neque nos desperamus, non nullis locis a nobis veram lectionem faciliore coniectura restitui posse.

CAPUT IX.

DE NON NULLIS ALIIS CODICIBUS.

1) De codicibus quibusdam, qui olim in bibliotheca Viscontea Ticini fuerunt, post Detlefsenum (in ann. a Jahnio institutis anno 1863 p. 558) multa O. E. Schmidtius inde a p. 46 disputavit isque recte invenit, primum eorum codicum, qui in catalogo notatur n. 610 atque incipit a *Quam contemplationem*, ex ep. ad Br. II 7, 6 (II 5, 6 ed. Wesenb.) ultima verba habuisse, tertium n. 857, qui appellatur *Liber unus epistolarum ad Ciceronem brutum*, non modo l. I epp. ad Brutum, sed etiam epp. ad Atticum libros non nullos videri habuisse. Qui codices, si quidem nos recte p. 131 coniecimus Y epp. ad Atticum libros XVI habuisse, epp. ad Qu. fr. et ad Brutum non habuisse, in Ω fuerunt atque ita, ut prior n. 610 in principio ea verba ultima ex l. II ad Brutum habuerit, quae in omnibus codicibus qui exstant omittuntur.

2) De codicibus Memmianis, quibus Lambinus et Turnebus usi sunt, difficile est iudicare, quod complures fuisse codices ex iis apparet, quae L^1 ad II 7, 3; IV 1, 1; VII 14, 1; VII 18, 3; L^2 ad VIII 16, 1; XIII 47a adnotat, neque certum est, Lambinus cum de Memmianis dicat omnesne Memmianos adferat. Tamen haec commemoro: Memmianos vel omnes vel complures epp. ad Brutum l. I habuisse ipse Lambinus in adn. ad eas epp. confirmat, uno Memmiano Turnebus utitur in Adv. XXIV 39 ad ea emendanda, quae ad Qu. fr. III 1, 3 sunt. Memmianos vel omnes vel complures coniecturas habuisse ex eis lectionibus*) apparet, quas L^1 ad I 16, 13; XI 10, 1;

*) Ipsas lectiones non adfero, quod facile vel ex Baiteri adn. crit. intellegi potest, quantum iis codicibus auctoritatis tribuendum sit, eademque res ex ea, quam nos paramus, editione etiam planius apparebit.

XI 16, 5 adfert. Memmianos vel omnes vel complures non esse ortos ex M ea probant, quae L^1 adnotat ad IX 4, 2; XIII 37, 4; XV 18, 1. Quibus locis cum Memmiani cum Σ consentiant, contra II 7, 3; X 16, 6; XVI 15, 5 a Z dissentiant, eos in Σ ponendos esse existimo; quamquam unus e Memmianis XIII 47a cum C, Z L^2, v. c. et L(mgo), codd. Bosii consentit, ab Ω dissentit.

3) Codex Huraltinus, quo Lambinus et Bosius usi sunt, IV 12; IX 4, 2; XIII 37, 4 Lambino teste cum Σ consentit, a Δ dissentit; eundem codicem V 18, 1 et V 21, 3 Bosius adfert, quibus locis Huraltinus cum Ω consentit, a C, c, ZB, v. c. dissentit. Sed neque de Memmianis neque de Huraltino certius constituere audemus, quod graves lectiones ex eis raro adferuntur.

4) Cum Memmiani codices et Huraltinus non neglegendi esse videantur, eos codices quibus Manutius usus est nihili esse putamus; ex quibus duo commemoramus, codices Bessarionis et Cavalcantis. Et Bessarionis quidem codex eiusque lectiones multis locis a Manutio laudantur, ut I 16, 12; I 18, 5; II 1, 5; II 15, 2; III 2; III 17, 1; V 4, 1; VI 3, 5; V 17, 2, atque ita, ut nihil inde certi efficiatur; sed ex eis quae Manutius citat ad VI 3, 6; VIII 8, 2; II 7, 3; XIII 33, 4 apparet, codicem in Ω ponendum esse; ex lectionibus ad V 18, 2; XII 5, 3; XVI 15, 2 iudico eum in Δ fuisse; coniecturis denique eisque impudentibus inquinatum fuisse hi loci probant: II 2, 1; III 12, 3; IV 3, 5; IV 15, 7; V 13, 1; VII 8, 5; XV 3, 2. — Cavalcantis codex a Manutio adfertur I 16, 12; I 18, 5; II 1, 5; VI 7, 2; ab Y dissentit II, 7, 3; VIII 8, 2; XIII 33, 4 ('in antiquo Bessarionis libro, et in aliis, quos quidem ego viderim'); similis est Medicei III 17, 1, quamquam XII 5, 4 probat, eum a M ortum non esse; coniectura inquinatus est I 16, 12; cum Jensoniana consentit VI 7, 2.

5) Cod. Helmstadensem, ex quo multae lectiones in variis lectionibus a Graevio adferuntur, ipsi nos in bibliotheca Guelferbytana examinavimus; simillimum repperimus Medicei,

sed ita ut haud paucis locis hiet, multis locis foede interpolatus sit. Quoniam codex ob istas interpolationes reiciendus esse videbatur, non quaesivimus, num ex M ortus esset: illud certum est, et istum cod. et Balliolensem, quo idem Graevius in variis lectionibus utitur, in Δ ponendum esse.

6) Franciscus Robortellus in ep. ad P. Victorium Luca data, quae est in libro qui inscribitur 'Cl. Italorum et Germanorum Epistolae ad P. Victorium. ed. Bandinius. Florentiae. 1758' I p. 12 ex quodam codice lectiones ad epp. ad Att. commemorat, quae eum codicem imperite atque imprudenter interpolatum esse probant.

7) Fulvius Ursinus codice Longoliano usus est; nos, cum Ursini librum nacti non simus, notis eis, quae in ed. Lambiniana altera a. 1584 tom. III inde a p. 511 repetuntur, utimur. Ex quibus notis apparet, cod. Longolianum similem esse editionis Romanae I 14, 1; II 6, 1: coniecturis inquinatum fuisse VI 3, 5; X 4, 6; quicquid melius quam reliqui codices habeat, coniectura ortum esse. Itaque ad Qu. fr. I 1, 15 coniecturam Wesenbergius ex eo cod. recepit (cf. ad Att. I 14, 1), atque ad Att. II 9, 1 *oportuit* mera coniectura est.

8) Muretus ex codice Sirleti Cardinalis non nullas lectiones adfert, quibus intellegitur, eum cod. in Δ fuisse coniecturasque habuisse. De codice Sirleti et de cod. Longoliano nihil repperi in libro praeclarissimo, qui inscribitur 'La bibliothèque de Fulvio Orsini par Pierre de Nolhac. Par. 1887'.

9) Codex Stuttgardensis, ex quo Graeterus in VI. et VII. volumine epistularum a Wielandio et Graetero versarum non nullas lectiones adfert, coniecturas vel interpolationes habet XV 2, 2; XV 21, 2; XV 26, 4; XVI 1, 5; bonae eaeque genuinae lectiones a Graetero non commemorantur.

10) Cum sperarem, in Britannia codices posse inveniri, qui aut similes essent ENHORP aut etiam meliores — nam maxime interest scire ecqua progenies ex Y servata sit —, L. C. Purserum professorem Dublinensem rogavi, ut codices

Londinienses et Oxonienses inspiceret; roganti vir et doctissimus et benevolentissimus plane satis fecit. Sed spem me fefellisse intellexi; nam Balliolensis 248, 3, quo codice Graevium usum esse credimus, simillimus est Medicei, ex Londiniensibus Harleianus 2466 in Δ ponendus est. Addit. codd. 6743 et 11926 non hiant in l. I; iidem codices cum non nullis locis cum Σ consentiant, a Δ dissentiant, dubito an eodem modo atque t, de quo supra p. 33 diximus, ex Δ et Σ commixti sint; quorum similis videtur esse Harl. 249. Restat ut Burn. 146, qui codex neque in l. I neque in l. XVI hiat, diligentius examinetur atque pluribus locis quam a Pursero viro clarissimo fieri potuit inspiciatur; compluribus enim neque e vibus lectionibus cum Σ consentit.

CAPUT X.

NON NULLI LOCI EX EPISTULIS AD ATTICUM TRACTANTUR.

De non nullis locis disputabimus atque exponemus, et quo modo stemmate quod constituimus utendum esse videatur et quantum opis ad textum recensendum novi codices et eae lectiones, quas nos ex C et Z hausimus, adferant.

I 13, 2. *Consul autem ipse parvo animo et pravo ✝ tamen ✝ cavillator genere illo moroso, quod etiam sine dicacitate ridetur, facie magis quam facetiis ridiculus, nihil agens cum re publica, seiunctus ab optimatibus . . . .*

M habet *tamen*, Jens. *tantum*; itaque dubitari poterat, utra lectio esset vera: dubitabat quidem Bootius, qui et *tamen* in textu servat et haec adnotat 'Si (*tantum*) e codice Ms. esset, fortasse probarem'. Rectius Bootium quam Baiterum,

Wesenbergium, Tyrrellium iudicasse putamus; qui viri docti *tantum* ex editione Jensoniana receperunt, lectionem Medicei reiecerunt eo quidem loco, quo ed. Jensonianae lectio coniecturae instar est. Nam *tamen* minime a Ciceronis genere dicendi abhorrere infra exponemus; X vero, i. e. archetypum omnium codicum, *tamen* habuisse ex his lectionibus apparet: *tamen* v. c., Bosii v. c. in Addendis, N, H, O, P, M, s; *ı͡m* E.

Quoniam constat, quid in archetypo fuerit, restat ut *tamen* defendamus; quod vocabulum haud paucis locis non eam vim habet, ut aliquid introducatur quod plane contrarium sit eis quae antecedunt, sed ut altera aut nova res adferatur; itaque *tamen* non numquam idem atque *praeterea* sonat. Recte igitur nunc servatur Cato M. § 16 *notum vobis carmen est et tamen ipsius Appii exstat oratio*, recteque Hofmannus et Andresenus ad fam. IX 9, 3 *facillimum erit ab eo tibi ipsi impetrare; et meas tamen preces apud eum non minimum auctoritatis habituras puto* et ad fam. IX 2, 3 *Haec ego suspicans adhuc Romae maneo, et tamen λεληθότως consuetudo diurna callum iam obduxit stomacho meo* interpretati sunt. Cff. praeterea ad fam. IX 16, 7 *et tamen haec levior est plaga ab amico quam a debitore*; IX 14, 2 *et tamen non alienum est dignitate tua*; ad Att. VII 3, 10 *et tamen Dionysius noster*; IX 10, 3 *et tamen spes*; XII 19, 2 *et tamen quid procuratores Cornificii dicunt, velim scire*; XIII 2, 1 *et tamen Pisonem, sicubi, de auro*; ad Qu. fr. III 1, 20 *et tamen consilio*; ad fam. II 15, 4 *quem tamen si reliquissem.* Compluribus vero locis illud *tamen* in adnotatione critica latet: unde nos hos locos excitamus: ad Att. X 6, 1 *Quocirca hae sunt breves, et tamen quia festinabam eramque occupatior*; locum Malaspina corrupit. II 20, 6 *poeta ineptus et tamen scit nihil, sed est non inutilis*; plana est sententia: 'Quamquam Alexander*) ineptus est poeta et, id quod alterum est, nihil scit neque est doctus, tamen utilitatem aliquam praebet.' ad fam. II 17, 4 *nec tamen erant confectae*

---

*) Cf. II 22, 7 *Libros Alexandri, neglegentis hominis et non boni poetae, sed tamen non inutilis.*

(recte Wesenbergius *nec tamen,* falso Baiterus *nec tum*). ad Att. II 1, 11 *et tamen, quid cogites de adventu tuo, scribe ad nos* corruptum esse Starkerus Bootio persuasit. ad fam. I 9, 10 *Haec cum ad me frater pertulisset et cum tamen Pompeius ad me cum mandatis Vibullium misisset* iniuria a Madvigio in Adv. Crit. vol. III temptata sunt. Servari posse puto ad Qu. fr. II 9 (11), 3 *Lucretii poemata, ut scribis, ita sunt, multis luminibus ingenii, multae tamen artis.* Denique ad Att. VIII 13, 2 nos conicimus *Quae autem impendere putarem, scripseram ad te, et tamen tuas litteras exspectabam*; nam neque *et iam*, quod habent O² (sed *t ι* ex corr.), M², s, neque *etiam,* quod est in E R M¹, sententiae satis facit.

III 15, 2. *Nam quod purgas eos, quos ego mihi scripsi invidisse, et in eis Catonem, ego vero tantum illum puto ab isto scelere afuisse, ut maxime doleam plus apud me simulationem aliorum quam istius fidem valuisse. Ceteros quod purgas, debent mihi* ┼ *probati* ┼ *esse, tibi si sunt.*

Ceteros quod Z L², L(mgo) et ita v. c., codd. Bosii: *ceteros quos* E, N, H, O, P, M; *Ceteri quos* s. Ut in ea quam modo attulimus lectione Z melior est quam M, ita etiam in eis quae sequuntur. Nam *probati* habent veteres libri teste Lambino[1], v. c., codd. Bosii; contra M habet *purgati*, in margine *probati* idque vocabulum deletum. Et tamen, utra lectio melior esset, dubitari poterat; nunc vero E, N, O, P, s probant, in X fuisse *probati*; contra H cum M consentit. Simillimam vim *purgare* et *probare* habere ex ep. ad Att. I 17, 7 apparet *purgatos ac probatos*, Ciceronem vero non numquam ita orationem variare, ut alterum synonymum alteri respondeat, his locis perspicuum est: ad fam. V 12, 4 *cum et reprehendes ea quae vituperanda duces*; I 7, 10 *quae ne per populum quidem se adsequi arbitrabantur, per senatum consecuti sunt*; X 6, 2 *consecutus sis — es autem adeptus amplissimos —*; pro Tullio I 3 *si minus eius famae parcere videbor quam antea consului.*

VI 1, 22. *Filiola tua gratum mihi fecit, quod tibi diligenter mandavit, ut mihi salutem adscriberes, gratum*

etiam Pilia, sed illa officiosius, quod mihi quem † *iam pridem* † *numquam vidit; igitur tu quoque salutem utrique adscribito.*

Iam pridem et in W et in Σ, Δ est; itaque verba X, i. e. archetypum omnium codicum, habuisse apparet. Iam vero ita nunc procedit sententia, ut aliquid mutandum esse appareat; nam *iam pridem numquam* ferri non posse perspicuum est. Itaque erant, qui *iam pridem* interpolatione orta atque delenda esse putarent. Quibus primum respondeo, nihil fuisse causae cur quis illa verba inserenda esse putaret; is enim, qui ea interpolasset, sententiam turbasset. Accedit, quod in ipso X illa verba fuisse ex stemmate intellegitur; iam vero interpolata verba habuisse Y supra p. 125 exposuimus, ne in Ω quidem desunt, quae interpolationis speciem habeant: in X vero tales interpolationes fuisse haud facile demonstrari potest. Denique fac, ea verba interpolata esse atque in aliquo archetypo fuisse *sed illa officiosius quod mihi quem numquam vidit*: neminem fugere potest, illam orationem claudicare. Nam *officiosus* is est qui officia debita praestat atque persolvit, is est qui alterius officiis provocatus officia reddit, non is qui prior studia atque officia in alienum hominem cui nihil debet confert. Haec si recte dixi, *officiosius* non potest respicere ad Pomponiam Attici filiam, quae numquam a Cicerone quicquam acceperat, necesse est respicere ad Piliam, uxorem Attici, quae iam pridem Ciceronem noverat. Ita si recte conclusimus, et *officiosius* ad Piliam spectare et *iam pridem* genuina esse et post *iam pridem* orationem hiare apparet. Restat, ut hiantem orationem expleamus, et ita quidem ut perspicuum sit, quae verba ipso sensu requirantur, et quo modo factum sit, ut ea verba omitterentur. Pilia *officiosius* Ciceroni videtur fecisse, quod homini amico salutem adscribi iusserit; itaque et comparativus adverbialiter positus requiritur, unde appareat, quo modo Pomponia Attici filia fecisse videatur, et pronomen feminino genere positum, quod vocabulo *illa* respondeat, et verba, quibuscum *numquam vidit* coniungantur. Quae cum ita sint, huius modi sententiam ponendam

esse iudico *sed illa**) *officiosius, quod mihi quem iam pridem,* ⟨*haec*⟩ ⟨comparativus adverbialiter positus⟩ ⟨*quod mihi quem*⟩ *numquam vidit.* Quo modo vero Pomponia Ciceroni fecisse videatur, ex ep. ad Att. V 19, 2 concludo *eamque, quam numquam vidi, tamen et amo et amabilem esse certo scio.* Itaque *amantius* vel *amabilius* Pomponiam fecisse Cicero iudicare videtur, quod homini quem numquam viderit salutem adscribi iusserit. Sententiam eam, quae iudicio requiritur, invenisse nobis videmur: alterum est ea verba inserere, quae cur omissa sint ex ipsis verbis appareat. Neque enim ita scribendum puto *haec amabilius quod mihi quem numquam vidit*: haerere atque claudicare viderentur iterum posita *mihi quem* neque facile potuit accidere, ut ea verba omitterentur. Rectius se haberet sententia, si ita scriberetur *haec amabilius quod homini alieno* (vel *ignoto*) *quem numquam vidit*; cff. ad fam. I 9, 17 *ut neque amicis neque alienioribus*; ad Qu. fr. I 1, 15 *te autem, alienum hominem*; ad Att. X 11, 1 *quod erat alienus.* Plane vero similia sunt pro Roscio Am. § 105 *At qui ei venit in mentem praedia concupiscere hominis ignoti, quem omnino numquam viderat?* Iam vero ipsius Ciceronis genus dicendi facit, ut post *ignoto* inserere liceat *quidem*; cff. ad Att. VII 2, 2 *Terentia vero, quae quidem*; ad fam. XIV 5, 1 *sive nos ipsos qui quidem*; ad Att. IX 7, 5 *De triumpho tibi adsentior, quem quidem.* Itaque hoc modo Ciceronem scripsisse conicio *sed illa officiosius quod mihi quem iam pridem,* ⟨*haec amabilius quod homini ignoto quem quidem*⟩ *numquam vidit.* Post *pridem* praeterea *novit* addendum esse putamus; *vidit* scripsimus, quod correxerunt P, M^2, s; nam W, N, H, O, M^1 praebent *videt*, itaque X habuisse apparet.

VI 6, 4 *At nunc Caelius, non dico equidem* + *quod egerit* + *sed tamen multo minus laboro.*

Quod C, N, O, P, M : *quid* A^{12}, s. — *egeret* C: *egerit* A^{12}, *Ω*.

---

*) *Ille* — *hic* eodem ordine usurpantur a Cicerone de fin. IV § 10, quo loco *illi* ad Peripateticos, *hi* ad Stoicos respicit.

Utrum *egeret* an *egerit* in X fuerit, dubium est neque diiudicari potest, antequam totus locus expeditus est. Quid vero scribendum sit vel potius quo modo verba explicanda sint, nunc obscurum est frustraque in ea re Muretus et Tyrrellius et Madvigius elaborarunt. Nos igitur primum, non quid Cicero scripserit, sed qualis eius sententia fuerit, exponendum esse putamus. Ex *equidem* et *sed tamen multo minus laboro* contrarie positis conicimus, haec fere Ciceronem sensisse: 'Quicquid Quintus frater, si eum provinciae praefecissem, egisset, ego praestare debuissem; itaque vehementer in ea re laborassem. Nunc vero Caelium reliqui; in quo, si quid minus recte facit, non dico equidem *quid id ad me?* vel *nihil omnino curo*, sed tamen multo minus laboro'. Talem igitur sensum aut explicatione aut emendatione restituendum esse apparet. Neque nos ad emendationem confugere dubitaremus, nisi Ciceronem more suo versum quendam, qui proverbii vim traxerat, pluribus locis adferre videremus; nam hic est mos Ciceronis, ut et in ipsius oratione ea omittat, quae quivis supplere poterat, et proverbia versusque potius stringat quam ad verbum reddat. Quem vero versum respiciat, ex hoc loco apparet; nam in Tusc. III § 50 haec scribit: *Ego sum is qui dicam me non laborare; actum habiturum, quod egerint.* Perspicuum est, et verba utriusque loci congruere et sententiam plane conspirare; nam *laboro* et *quod egerint* (*egerit*) utroque loco invenitur, itemque utroque loco hic est sensus 'plane rem non curo'. Ut vero versum fuisse putem, verba suadent recte cadentia *quod egerit id actum habebo*; a quo versu *laborandi* verbum non afuisse apparet, neque vero ipsum versum restituere conamur, quod nugas agere nolumus. Iam si Cicero duobus locis proverbium adfert et altero quidem ita, ut Atticum quem versum respiciat intellecturum opinetur, rectius haec explicabuntur: ad fam. XVI 24, 2 *puto utrumque* (et Balbum et Hirtium) *ad aquas. Sed quod egerint* —; falso enim nunc *quid egerint* ex vetustis editionibus recipitur et *scribito* supplendum esse conicitur; nam et *Sed* ab hac sententia abhorret *scribito, quid egerint* et *quod egerint, ⟨id actum habebo⟩*

sententiae satis facit: 'Sed quid ego hanc rem scribo? Nihil ad me'. — ad Att. XV 13, 3 *Clodium nihil arbitror malitiose: quamquam — sed quod egerit.* Ne hoc quidem loco ea quae tradita sunt recte explicantur: nam *quid egerit* Manutius coniecit eaque coniectura recepta est; et tamen plana est sententia: 'Clodium nihil arbitror malitiose (fecisse); quamquam (ei non confido). Sed quod egerit id actum habebo; nihil ad me neque in ea re laboro'.

Apparet igitur VI 6, 4 hoc modo interpungendum *non dico equidem 'quod egerit —', sed tamen multo minus laboro.* Atque ne quid omittam, similis neque vero eadem est sententia his locis: ad Att. IX 10, 7 *quod egeris, id στεϱκτέον putabo*; XI 13, 3 *quicquid egisses, recte esse actum putarem*; XIII 24 *quod egeris, id probabo.* His enim tribus locis non contemptio earum rerum, quae aguntur, sed iudicium fiduciae plenum de eo, qui agit, significatur.

VII 6, 2 *De re publica valde timeo, nec adhuc fere inveni, qui non concedendum putaret Caesari quod postularet potius quam depugnandum. Est illa quidem + impudens + postulatio opinione valentior; cur autem nunc primum ei resistamus?*

Quid X habuerit, non constat; nam neque C neque W neque Z adsunt; itaque tota disputatio plane infirmis fundamentis nititur, praesertim cum ne de *Ω* quidem satis constet. Iam vero *impudens* habent E, N, H, O, P, omittunt M, s; M^2 in margine *quidem impudens postulatio* nihilo firmius facit fundamentum rei criticae, quod M^2 plerisque locis ex Σ hausta est neque $\Sigma + M^2$ pluris sunt quam unus Σ (cf. p. 189). Relinquitur, ut ipsam sententiam consideremus et quaeramus, ecquo modo diiudicari possit, utrum *impudens* in Σ coniectura irrepserit an a *Δ* omissum sit. Fac igitur, in *Ω* fuisse *est illa quidem postulatio opinione valentior*: non facile erat, qui sententiam interpolatione turbaret. Contra fac, in *Ω* fuisse *est illa quidem impudens postulatio opinione valentior*: facile inveniebatur, qui *impudens* tollendum esse iudicaret. Accedit denique, quod *postulatio opinione valentior* nihil est; id quod infra demonstrabimus.

Quod si *est illa quidem impudens postulatio opinione valentior* in archetypo fuisse veri simile est — neque enim certius quicquam de eo loco adfirmare audemus, ad quem recensendum Y adhiberi non potest —, quid de illis vocabulis faciendum sit quaeritur; nam aliquid mutandum esse apparet. Itaque Wesenbergius *impudens postulatio* ⟨*atque*⟩ *opinione valentior* excogitavit. In quibus verbis primum offendit *postulatio opinione valentior*; quis enim umquam sic locutus est: 'Haec postulatio est opinione valentior' pro: 'Amplius postulatur quam quisquam putet'? Praeterea *autem* post *cur* displiceret, si Wesenbergii coniecturam reciperemus. Nam haec Cicero disputat, utrum Caesari ea quae postulet concedenda esse videantur an cum eo pugnandum. Posteriorem rem, si Wesenbergium sequeremur, hoc modo suaderet: *est illa quidem impudens postulatio* ⟨*atque*⟩ *opinione valentior*; priorem: *cur autem nunc primum ei resistamus.* Illud *autem*, quae particula nunc ad *quidem* respicit, a Ciceronis genere dicendi abhorrere puto; quis enim in Phil. or. XI § 32 *est Q. Caecilii Bassi, privati illius quidem, sed fortis et praeclari viri, robustus et victor exercitus* pro *sed fortis* scribi posse *fortis autem* credat? Quamquam et cognitum habemus, *quidem* — *autem* a Cicerone multis locis poni et Seyffertum atque Muellerum docte de talibus locis in Lael. ed. II p. 37 disputare: hoc vero loco, quo posteriore sententia probatur, Caesari cedendum atque priorem sententiam reiciendam esse, *autem* ferri posse non putamus.

Iam nos audemus, quo modo sententia restituenda esse videatur, exponere. Negavimus, *opinione valentior* respicere posse ad *postulationem.* Quo igitur respicit? Id ut intellegamus, ipsum Ciceronem cogimus procedere. Cicero igitur haec scribit VII 7, 6 *imbecillo resistendum fuit*; 5, 5 *sero enim resistimus ei, quem per annos decem aluimus contra nos*; 9, 3 *at tum imbecillus plus, inquit, valuit quam tota res publica*; 3, 4 *his ille rebus ita convaluit*; 13, 1 *is autem valet exercitu.* Itaque in ea, de qua agimus, sententia *est illa quidem impudens postulatio opinione valentior* ultima vocabula ad ipsum Caesarem

respicere apparet; hoc si recte diximus, non minus perspicuum est, post *postulatio* orationem hiare; prior enim sententia *est illa quidem impudens postulatio* suadet, ut Caesari resistatur; posterior ⟨*Caesar*⟩ *opinione valentior* facit, ut Caesari omnia videantur concedenda esse. Eodemque modo de eadem re Cicero VII 3, 3 et 5, 5 et 7, 6 disputat; iis enim locis exponit, sero resisti Caesari, imbecillo resistendum fuisse, tum vero valenti cedendum esse. Iam ipsa sententia quo modo constituenda sit, facile apparet. Prior est sententia *est illa quidem impudens postulatio*; sequuntur duae atque eis Cicero contra priorem disputat: *sed est homo opinione valentior. Cur autem nunc primum ei resistamus*, quo loco *autem* recte usurpari et notum est et ex Handii Turs. I p. 564 constat. Alterum vero erat constituere, quid sententia postularet, alterum est locum ita explere, ut appareat, quo modo ea, quae inserenda esse iudicium probet, omissa sint. Itaque *est illa quidem impudens postulatio.* ⟨*Sed homo est*⟩ *opinione valentior* iudicio satis facit; haec vero *est illa quidem impudens postulatio.* ⟨*Sed is qui postulat*⟩ *opinione valentior* et iudicio satis faciunt et cum Ciceronis genere dicendi consentiunt. Utrum *est* post *sed* inserendum sit necne, nos dubitamus; Cicero quidem haud raro talibus locis *est* omisit.

IX 5, 3 *Ego vero haec officia mercanda* + *vita* + *puto.*

Ego C, L(mgo): ⟨*et*⟩ *ego* A[1 2], Ω. — *officia mercanda puto* C: *afficiam ei candida vita puto* A[1]; *efficiam et ei candida vita puto* A[2], c; ? *officia* ++++++ *da* O[1]; *officiam ei candida* M; *efficiam et canda* R, P; *efficiam ei candida* O[2], s. *Vita* C non casu sed consilio videtur omisisse, quod vocabulum ex ipso textu facile supplebatur, neque *vita* deest in ullo codice. Madvigius in Adv. Crit. III p. 181 iniuria totam sententiam reprehendit; cf. Verr. V § 23 *quae vel vita redimi recte possunt.*

IX 18, 2. *Reliqua, o di! qui comitatus, quae, ut tu soles dicere, νέκυια! in qua erat* + *EROSCELER* + *O rem perditam! o copias desperatas!*

Quid fuisset in archetypo omnium codicum, nemo ante nos divinare potuerat; nam utrum *Eros Celer* ex ZL[2] an *ero sceleri* ex M[1] an *aero* (vel *aro*) *sceleri* ex M[2] in recensendo probandum esset, difficillimum erat ad diiudicandum. Nunc res constat; nam ZL[2] *Eros Celer* et O[1] *ero sceler* demonstrant, in X fuisse *EROSCELER*, id quod ZL[2] et O[1] servarunt; M[1] habet *ero sceleri* itaque O[2] pristinam lectionem correxit vel potius corrupit; *ero scelerum* est in R, *oratio scelerum* in P, *eo sceleri* in s. Eisdem lectionibus apparet, M[1] modeste, R satis audacter, P impudentissime locum temptasse, O[1] vero religiose genuinam lectionem servasse: nam fac, in Σ fuisse *sceleri*: quis tam stultus erat, ut pro *sceleri*, quod Latinum est, *sceler*, id quod ne Latinum quidem est, poneret? Sed quoniam constat, quid in X fuerit, facile ea quae Cicero scripsit restitui posse putamus; nam *in qua* (scilicet νεκυίᾳ) cur temptentur causa non est. Itaque concludo, Ciceronem scripsisse, in illa νεκυίᾳ quendam hominem fuisse, quem Atticus probe noverat; nam ad eundem scripsit ea quae sequuntur: *Quid, quod Servii filius, quod Titinii in eis castris fuerunt, quibus Pompeius circumsederetur?* Restat, ut nomen eius, quem in illa νεκυίᾳ fuisse Cicero scribit, coniciendo inveniamus: quamquam ne opus quidem est coniectura, quod lectio X illud nomen habet. Nam Q. Pilius Celer erat adfinis Attici, qui Piliam in matrimonium duxerat (Caelius ad fam. VIII 8, 2; cf. ad Att. VI 3, 10); C. Julii Caesaris sectator erat (ad Att. IV 18, 5 = 17, 5), Attici bona tuebatur (ad Att. XI 4, 1), Caesaris consilia non ignorabat (ad Att. XII 8); eundem hominem ad Br. II 7, 3 (5, 3 ed. Wesenberg.) et II 7, 4 (5, 4) significari E. Rueteus in libello qui inscribitur 'Die Correspondenz Ciceros in den Jahren 44 und 43, Marburg 1883' p. 80 squ. praeclarissime demonstravit eosque locos quos nos attulimus congessit. Quod si de nomine Celeris constat, ZL[2] rectius quam O[1] litteras distinctas habuisse apparet. *EROS* denique quid sit, obscurum non est; nam ut Atticus νεκυίας nomine usus erat (IX 10, 7 et 11, 2), ita Cicero *heroa* Celerem appellat. Itaque

nos nihil mutavimus; nam *h* saepe in codicibus omittitur neque is, qui pro *ortis* in textu ponit *hortis*, coniectura utitur. Hoc dubito, utrum *heros* an *ἥρως* scribendum sit; nam Cicero, si quidem codicibus in tali re fides habenda est, *heros* scripsit ad Att. I 17, 9, IV 3, 5, XIV 11, 1 et *ἥρως* VII 13, 1, XIV 4, 2, XV 12, 2: ex utraque vero voce *eros* facile oriebatur.

XIII 6, 4. + *Operam tuam multam, qui et haec cures et mea expedias et sis in tuis multo minus diligens quam in meis.*

C. F. W. Muellerus in Coni. Tull. p. 14 Ciceronem, ubicumque in exclamando accusativum rei ponat, *O* ante eam rem posuisse contendit atque, ubicumque illud *O* non inveniatur, coniectura inserendum censet. Hominis doctissimi rationem, etsi Baitero probari videbamus, tamen nos initio reiciendam existimavimus; artem enim statisticam, ut ita dicam, odimus neque inde multum ad Ciceronis sermonem constituendum hauriri posse putamus. Nam ut Livius, Tacitus aliique scriptores dicendi genere saepe utuntur ad normam regulamque directo atque certis legibus vinculisque constricto, ita Cicero, arbiter ille potentissimus orationis, tam libere tamque solute in scribendo versatur, ut cavendum putemus, ne tali ratione ipse Cicero potius corrumpatur quam scribarum errores corrigantur. Sane facile est ita concludere: 'Viginti locis Cicero hoc vocabulo utitur; uno loco lectio abhorret; age, corrigamus atque Ciceronis genus dicendi sequamur'. Facile ita concluditur neque vero recte; nam tam Proteus Cicero est in oratione varianda, ut certum eius genus dicendi saepius non facile deprehendatur.

Et tamen et nos errasse et Muellerum recte indicasse ingenue confitemur. Nihil est quod ex aliis Ciceronis libris locos adferamus; sescentis enim locis illud *O* invenitur; ne id quidem commemoramus, *O* in eis libris, qui melioribus codicibus nituntur, nullo loco omissum esse, contra in epp. ad Atticum, quas male traditas esse opinamur, saepius desiderari. Hoc dico: Muellerus et recte *O* in Mediceo omissum esse contendit et compluribus locis coniectura *O*

inseruit, quibus *O* in novis codicibus adest: VII 18, 2 ⟨*O*⟩ *vix* Card. Mal., I, ZB: [*O*] *vix* N, H, O, P, M, s. — VII 25 ⟨*O*⟩ *rem miseram* Ant., I, q. v. c. et L(mgo), codd. Bosii, O, R, P: [*O*] *rem miseram* M, s. — X 14, 1 ⟨*O*⟩ *vitam miseram* scribendum esse inde apparet, quod M et P illud *O* cum graeco vocabulo quod antecedit coniunxerunt; *O* evanuit in O et R; adest in W, adfuisse denique *O* in Z inde suspicor, quod Lambinus, qui in editione priore *O* omittit, in *Erratis* eius voluminis *O* inserit. — XIII 22, 2 ⟨*O*⟩ *rem* c, v. c., codd. Bosii: [*O*] *rem* O, R, P, M, s. — XIV 16, 1 ⟨*O*⟩ *loca* et v. c. et R et utraque lectio in M persuadent esse scribendum; deest *O* in E et O. — XIV 5, 2 Muellerus coniecit ⟨*O*⟩ *meam stultam verecundiam;* nunc nihil est, quod quis coniciendum putet; nam istud *O* Cratander primus in textu posuit, atque ille quidem ex codicibus: nisi forte quis credit, Cratandrum eadem atque Muellerum studia in Ciceronis genere dicendi posuisse.

Idem ex eis quos attuli locis apparet quod saepius et dixi et exposui, ubicumque CZW desint, plane incerta esse fundamenta, quibus res critica in Ciceronis ad Atticum epistulis nitatur. Nam de XIII 22, 2 et XIV 5, 2 et VII 18, 2 ex illis solis codicibus constat, de VII 25 et XIV 16, 1, nisi illi codices adessent, dubitaremus. Et tamen ORP uno loco plane iocosam adferunt opem; nam XIII 44, 1 Muellerus ⟨*O*⟩ *suaves* coniecit atque *O* in M omissum est; O, R, P vero, qui codices illas epistulas uno tenore coniunctas habent, haec praebent *biduo posco suaves.* Itaque haec quoque lectio Muellerum recte coniecisse probat.

Restant II 14, 2 ⟨*O*⟩ *occasionem*, quo loco facile *O* excidit: X 10, 6 ⟨*O*⟩ *vim*; XIII 33, 1 ⟨*O*⟩ *neglegentiam*, quo loco, quod graeca vocabula antecedunt, *O* facile omittebatur. Denique eo loco, de quo disputamus, Muellerus *O* inseri posse putabat; idem, cum *multam* displiceret atque putaret, Ciceroni operam **pro se** susceptam graviore verbo laudandam esse, *Operam tuam multum amo qui et haec cures* coniecit. Ne id quidem falsum est; nam et facilis est coniectura et cum Ciceronis genere dicendo plane consentit. Nunc vero tota res

mutata est; nam ORP habent ⟨*non*⟩ *multo minus diligens*, idemque *non* Cratander primus inserit. Itaque in X ⟨*non*⟩ *multo* fuisse apparet, *non* fuisse etiam in Y et Ω intellegitur: ex Ω *non* in Σ receptum, a Δ vero omissum est. Quod si ⟨*non*⟩ *multo* scribitur, illud *amo* reiciendum esse apparet; nam *Operam tuam multum amo . . . . ⟨qui⟩ sis in tuis multo minus diligens quam in meis* ferri poterat; non potest ferri *multum amo . . . . qui sis in tuis ⟨non⟩ multo minus diligens quam in meis*: ex ipso enim *non multo* apparet, non totam operam ab Attico in **unius** Ciceronis rebus consumi atque *amandi* verbum non esse aptum. Reponenda igitur est prior coniectura *⟨O⟩ operam tuam multam* itaque explicanda: 'Mehercule tu multum laboras; nam et haec curas, quae ego rogo, et meas res expedis et tamen — id quod fieri non putabam, tu re vera fieri scribis — in tuis non multo minus laboras quam in meis'.

XIV 5, 2. *O meam stultam verecundiam! qui legari noluerim ante res prolatas, ne deserere viderer hunc rerum tumorem; cui certe si possem mederi, deesse non deberem; sed vides magistratus, si quidem illi magistratus, vides + tamen + tyranni satellites in imperiis . . . .*

Tamen in ORPMs scriptum invenitur; de CZW non constat. Schuetzius *tamen* delevit, Wesenbergius *vides etiam* coniecit, Bootius haec adnotat 'Particula *tamen* refertur ad sententiam cogitatione supplendam: *quamvis occiso tyranno*'. Nos neque coniectura opus esse putamus neque Bootium recte verba explicare existimamus; neque enim *quamvis occiso tyranno* in totam sententiam cadere opinamur. Itaque parenthesi constituta sic interpungimus *sed vides magistratus — si quidem illi magistratus — vides tamen tyranni satellites . . .* Eadem sententia est XIV 6, 2 *Sed vides consules, vides reliquos magistratus, si isti magistratus, vides languorem bonorum.* Adferimus similes sententias: I 16, 6 *si iudicium est*; pro Milone § 33 *si leges nominandae sunt ac non faces urbis, pestes rei publicae*; pro Roscio Am. § 134 *si domus haec habenda est potius quam officina nequitiae et deversorium*

flagitiorum omnium; ad fam. VII 28, 1 *cum quidem haec urbs,* quo loco Wesenbergius male *fuit* post *urbs* inseruit: neque enim eo loco, de quo agimus, neque eo, quem iam attulimus, XIV 6, 2, verbum a Cicerone additur. Parenthesin eodem modo constituimus ad fam. IX 22, 1 *Amo verecundiam, vel potius libertatem loquendi ⟨odi⟩. Atqui hoc Zenoni placuit — homini mehercule acuto, etsi Academiae nostrae cum eo magna rixa est — sed ut dico placet Stoicis suo quamque rem nomine appellare.* — ad Att. I 17, 11 hoc modo interpungimus *duo enim soli dicuntur petituri: Caesar — cum eo coire per Arrium cogitat — et Bibulus — cum hoc se putat per C. Pisonem posse coniungi*; cf. ad Qu. fr. III 4, 1 *duo praetorii sedebant: Domitius Calvinus — is aperte absolvit, ut omnes viderent — et Cato — is diribitis tabellis* . . . — Denique ad fam. VI 6, 1 in hunc modum sententiam constituimus *Vereor ne desideres officium meum — quod tibi pro nostra et meritorum multorum et studiorum parium coniunctione deesse non debet — sed tamen vereor ne litterarum a me officium requiras*; de quo loco cum iam in Quaest. Tull. p. 121 egerimus, haec addimus. Relativa sententia in parenthesi est ad fam. XIV 5, 2 *De hereditate Preciana — quae quidem mihi magno dolori est; valde enim illum amavi — sed hoc velim cures*: recte enim Wesenbergius illam parenthesin effecit; Plin. ep. V 3, 5 eodem fere modo scribit *An ego verear — neminem viventium, ne quam in speciem adulationis incidam, nominabo — sed ego verear.* Ciceronem igitur ad fam. VI 6, 1 haec sentire iudicamus 'Vereor ne desideres officium meum — quamquam male hoc generatim scribo; neque enim universum genus officii mei tibi umquam deerit — sed tamen vereor, ne singulare litterarum a me officium requiras'.

INDEX

NON NULLORUM LOCORUM, DE QUIBUS FUSIUS DISPUTATUR AUT NOVAE LECTIONES ADFERUNTUR.

Berolini, typis W Pormetter.

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED

57673
~~Cicero, Marcus Tullius. Epistolae ad Atticum~~
Lehmann, C.A.
De Ciceronis ad Atticum epistulis.

LL
C5684epa
.YL

BORROWER